

B. N. II, 324

(X 187 7909)

2

h. 64, 25.

ΔΙΑΤΑΓΜΑΤΑ

JUDÆORUM

II R

2716

Jüden-Ordnung/

EX IVRE CÆSAREO

ET PONTIFICIO CONCINNATA,

ET IN ILLUSTRIS JULIA, AD DISPU-

TANDUM PUBLICE PRO-

POSITA,

In usum Studiosæ Legum Juventutis

in eadem ACAD. denuo edita

AB

HENRICO HAHNIO IC^{TO},

ET ANTECESSORE

PRIMARIO, &c.

HELMESTADII,

Typis GEORGII WOLFGANGI HAMMII, Acad. Typogr.

Anno M DC LXXXIII.



Habuit hancce de Judæis Differtationem
Præside Dn. D. Eberhardo Speckha-
nen, Respondens Matthias Dibben
Halberstadiensis, mense Maio anno
1596.





DISSERTATIONIS DE JUDÆIS
THESIS I.

Judæos, in Imperio Romano, à piis & Christianis Magistratibus, quibus hoc, vel Jure Regalium, vel speciali privilegio, concessum est *a*, inter suos subditos, ex certis causis, & sub certis legibus, *καὶ διατάγμασι b*, receptandos, fovendos, ac tolerandos esse, hinc defendere & astruere conabimur *c*. Quam tamen assertionem nostram, piorum & Doctorum Theologorum, & Jureconsultorum judiciis, reverenter subjicimus, nosque melius rectiusque edoceri, si fieri potest, cupimus *d*.

a In recessu Imperii Augustæ habito, An. 1548. §. Item/ Nachdem *vers.* Sehen/ ordnen und wollen wir/ das fort- hin niemand Juden anzunehmen oder zuhalten gestattet werden sol/ dann die Jenigen/ die von uns / und dem heiligen Reich/ Regalia haben/ oder insonderheit derhalben privilegirt seyn.

b De his causis & legibus, ordine deinceps hanc disputatione nostrâ erit dicendum. *c* Hic à nobis dissentire videntur nonnulli, qui Judæos à sodalitia fidelium & Christicolarum prorsus excludendos & proscribendos, *β.* Synagogas & habitationes eorum, igne consumendas &

penitus delendas, soloque adæquandas censent: His moti fundamentis 1. Quod Judæi, nil nisi meras execrationes, blasphemias, & mendacia, adversus Christum, & Ecclesiam ejus, in Synagogis, Templis, & habitationibus suis, sonent, crepent, spirent. 2. Quòd Propheta David, sub personâ Christi oret, ut Deus, eos in irâ suâ consumat, ut amplius non sint: *Das sie Gott ohn alle Gnade vertilge/ und zu nichte mache.* 3. Quòd Deus ipse mandet populo suo, ne infideles secum habitare patiantur, ne ab ipsis seducantur: *Das die Ungleubigen nicht wohnen in deinem Lande/ das Sie dich nicht verführen wider mich.* 4. Quod secundum vulgatum illud Felix sit *Parochia, in quâ non est Abraham, Nimrod, & Naëman, Das dem Ort wol sey/ da kein Jude/ Jäger/ und nicht viel Musseßige seynd/ cum semper Christianis multum negotii faceßant.* 5. Quod pactorum, fæderum, votorum, promissionum, & juramentorum, perfidi sint violatores & elusores. 6. Quòd cum iis, utpote *ἐκ τῶν ἕξω*, & qui extra Ecclesiam sint, Christianosque cane & angue peius oderint, omnisque generis dolos & fraudes adversus eos machinentur, & quamcunq̄ue lædendi, nocendi, offendendi & opprimendi eos occasionem quærant, non sit communicandum, concedendum, bibendum, lavandum, nec medicamenta ab iis capienda: non famulatio domestico iis inserviendum: non obstetrices aut nutrices uxoribus & infantibus Christianorum præficiendæ: non judices, tutores, advocati, testes, accusatores; adversus Christianos, & in caussis Christianorum constituendi: non ad honores, dignitates, aliave munera, officia, & administrationes publicas admittendi, quò omnis iis lædendi Christianos occasio præscindatur. 7. Quòd ipsorum collegiis, utpotè illicitis & improbatis, nihil

nihil sit legandum. §. Quòd multi eos à consortio suo prorsus excluderint, exterminârint, & proscripserint: & denique, quòd satius sit malo occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere: quodque honestius sit, hospitem principio non admittere, quàm admissum semel, non sine turpitudine repudiare & ejicere. Ad quas objectiones, & si quæ sunt aliæ, sub ipsâ disputatione, data occasione, σὺν θεῶ, respondebimus.

Nam secundum Hesiodi præceptum saluberrimum lib. I. εἶγ: καὶ ἡμερ:

εἶ γὰρ μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,
θεασσάμενος, καὶ κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἦσιν ἀμείνω.
ἦθλός δ' αὖ κακείνῳ, ὃς ἐν εἰπόντι πείθεται.

ὃς ἢ κε μήθ' αὐτῷ νοήσῃ, μήτ' ἀλλ' ἀκέων,
ἐν θυμῷ βάλῃηαι, ὃ δ' αὖτ' ἀχρηστὸν ἀνήρ. hoc est:

*Ille quidem optimus est, qui sibi ipse per omnia sapit,
Cogitans quæcumq; de in, & postremo sint meliora.*

Rursus & ille bonus est, qui benè monenti paruerit.

*Qui verò nec sibi sapit, neq; alium audiens
Animum adjicit, rursus hic inutilis vir est.*

II.

Causæ, quæ Christianos Magistratus, ad fovendos & tolerandos Judæos movere debent, sunt: Jus divinum *a*: jus naturæ *b*: jus Cæsareum & Pontificium *c*: Jus & exempla multarum gentium & populorum *d*: utilitas publica & privata tam defunctorum *e*: quàm vivorum, & tam piorum *f*, quàm impiorum, *g*, & ipsorum etiam Judæorum *h*: Autoritas præ-

A 3

præ.

præclarissimorum Theologorum, & juris Cæ-
sarei & Pontificii interpretum: & denique ab-
surditas, quæ indè consequetur, si non tole-
rentur, sed à societate & consortio Christiano-
rum, prorsus excludantur.

a *Psalm 59. vers. 12.* Ne occidas eos, ne quando obli-
scatur populus meus, disperge illos in virtute tuâ, & præ-
cipita eos protector noster Domine. Erwirge sie nicht/
daß es mein Volk nicht vergesse/ zerstreue sie aber mit dei-
ner Macht/ Herr unser Schild/ und stoß sie hinunter.
Quibus verbis, Regius Propheta David, sub personâ
Christi orat, negens Judaica prorsus aboleatur, sed per
orbem terrarum dispersa passim vagetur ante oculos Ec-
clesiæ, sive populi Dei, Christianorum & fidelium. Et
imprecatio ista, vim habet vaticinii & prædictionis.
Prædictio autem, quæ sit voluntas Dei, ostendit. Sequi-
tur ergò hinc, etiam ex voluntate Dei, Judæos inter
Christianos ferendos, & non exterminandos esse. Sed
& hæc Dei voluntas, non obscure colligitur ex eo, quòd
gentium Apostolus D. Paulus docet ad *Rom. 11. vers 25.*
Et 26. Judæos ante finem mundi, cum inter gentes, e-
lectorum numerus completus fuerit, ad Christum con-
vertendos esse. De qua conversione Sophonias quoque
Propheta vaticinari videtur *c. 3. vers. 7. Et 8.* Ich ließ dir
sagen/ mich soltu fürchten/ und dich lassen züchtigen/ so
würde ihre Wohnung nicht außgerottet/ und der keines kom-
men/ damit ich sie heimsuchen werde. Aber sie sind fleißig
allerley Bosheit zu üben. Darumb (spricht der Herr)
müßet ihr wiederum mein auch harren/ bis ich
mich aufmache/ zu seiner Zeit. Da ich auch rechten wer-
de/ und

de und die Heiden versamen/und die Königreiche zu hauffe
bringen/ etc. *Et Hoseas Prophet a c. 3. vers. 4.* Dann die Kin-
der Israel werden lange zeit ohn König/ ohn Fürsten/ ohn
Opffer/ ohn Altar/ ohn Leibrock/ und ohn Heiligthumb blei-
ben. Darnach werden sich die Kinder Israel bekehren/ und
den HERRN ihren Gott/ und ihren König David suchen/ und
werden den HERRN und seine Gnade ehren/ in der letzten
Zeit. In Chaldaico textu verba ita sonant: obedient Mes-
siae filio David, Regi tuo, Sie werden gehorchen dem Mes-
siae dem Sohn David deinem König. Et ipse etiam Christus
Luc. 21. vers 24. de hac Judæorum dispersione & conver-
sione concionatur *his verbis*: Und sie werden fallen durch
des schwerts scherffe/ und gefangen geführt unter alle Völ-
cker. Und Jerusalem wird zutreten werden von den Heiden/
biß daß der Heiden zeit erfüllet wird. Atq; ita hæc dicta, ple-
riq; Doctores Ecclesiæ, veteres & recentiores atq; moder-
ni intelligunt. Et hanc conversionem adhuc futuram ex-
pectamus, etsi tempus & modum ejus, certò definire non
possumus. Sequitur ergò & inde, Judæos; dum tempus il-
lud, divinitus definitum & determinatum, adveniat, inter
Christianos ferendos & tolerandos esse. Huc pertinet quoq;
Christi mandatum *Matth. 13. vers. 30.* de Zizaniâ non e-
radicandâ, sed ad tempus Messis, unâ cum tritico relinque-
dâ. Ut igitur Prophetiæ & vaticinia, de exilio & disper-
sione Judæorum, per orbem terrarum, sine certâ, fixâ & stabi-
li sede & politiâ, & de conversione eorum, reductione &
aggregatione ad ovile Domini, unâ cum gentibus, ante
finem mundi, impleantur: omninò hi inter Christianos
ferendi sunt ac tolerandi, & bono exemplo bonisque o-
peribus, ad Christianam religionem amplectendam, in-
vitandi, omnesque viæ & rationes, Christo eos adducen-
di & lucrificandi, tentandæ.

¶ Quod

b Quod dicitur, ut quæ nobis ab aliis fieri optamus, ea etiam nos proximo nostro etiã hosti, præstemus. *Matth. 7. vers. 12. Luc. 6. vers. 31. c. humanum, dist. 1. c. dilecti filii, 13. extr. de majorit. & obediens, Ubi glossa, in verb. nolles, vulgatum illud distichon recitat.*

Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non, mihi noli.

Sic potes in terris vivere jure poli.

Atque ita ipsa etiam *Φιλανθρωπίας*, humanitatis, & miserandæ fortis & conditionis Judæorum ratio suadet, ne Christiani Magistratus, cæcos & obduratos Judæos, & aliquando convertendos, & ad ovile Domini reducendos, facile & sine caussa, ex ditionibus suis ejiciant & exterminent. Quam rationem etiam expendit *c. Judæi 21. de testib.* Et in terminis, multis comprobatur & illustratur. *Oldrad. conf. 264.*

c Ut *Cod. lib. 1. tit. 9. de Judæis & cœlic. & tit. 10. ne Christianum mancipium, Hæreticus vel Judæus, vel paganus habeat, vel possideat, vel circumcidat, lib. 5. decretal. Gregor. 9. tit. 6. de Judæis, Sarracenis, & eorum servis. Novell. Justiniani 146. ut liceat Hebræis secundum traditam legem, sacras scripturas, Latine, vel Græcè, vel aliâ linguâ legere: Et ut de locis suis expellantur, non credentes judicium vel resurrectionem, aut dicentes, Angelos non subsistere creaturam DEI: & Novella 45. ut non liberantur Judæi, Samaritani, & Hæretici per causam religionis & cultus sui à Curiali fortunâ, privilegiis verò curialium non fruantur: & Novella Leonis 55. ut Judæi secundum Christianismum ritum vivant: Constitutio secunda Heraclii, de Judæis: *Constit. Leonis Iconomachi 1. de Hebræis & Montanis. Constit. Manuelis Comneni 14. de foro Judæorum: In recessu imperii, Augustæ habito Anno 1530. 1538. 1551. Quibus in locis juris nostri, Judæi, sub certis tamē legibus, in Imperio Romano, inter**

ter Christianos substinētur ac tolerātur, non necessitate Juris, sed humanitatis & commiserationis intuitu. Sic multa in jure divino & humano permittuntur, conniventia quādam, ob certas causas, quæ tamen non statim mandantur aut approbantur. Sic usuræ permittuntur, *tot. tit. D. & C. de usur.* Repudia & divortia, Judæis à DEO permittuntur propter duram eorum cervicem, *Deut. c. 24. vers. 1. 2. 3. 4. Matth. cap. 19. vers. 7. 8. & cap. 5. vers. 32. Marc. 10. vers. 4. 5. 6.* Sic Polygamia patribus olim concessa fuit, ut multis ostendit *Beust. in Tractat. de Matrim. c. 3.* Sic concubinatus, licet per leges nomen assumpserit, sitque extra poenam legis, non tamen existimandum est, constitutionibus civilibus cum approbatum esse, sed sub quādam veluti dissimulatione permisum. *Corasius lib. 1. Miscel. c. 3. n. 4 & 5.* Sic Lupanaria, in maritimis hodie civitatibus, gratiā vitandi raptus, incestus, & adulteria, conniventia quādam tolerantur, licet expressè non approbentur, *Glossa. Hostiens. & Panormit. in cap. inter opera 20. de Sponsal. Corras. d. modò cap. 3. num. 5.*

d Receptantur enim & foventur Judæi in multis Germaniæ locis, in Italiâ, Hispaniâ, & alibi, ut Historiæ & experientia satis testatur. Et inter alios etiam, *Augustinus de civitate DE lib. 4. & 18. & lib. 2. Evangelicar. quæst. 33. & super Psalm. 59. & alibi passim, hâc de re quædam non inutiliter monuit.* Sed & *Josephus lib. 13. δεχαιολογίας*, constitutionem quandam Caji Julii Cæsaris allegat, ex quâ Judæis, & *ξήματα σίλωισ φέρειν*, hoc est stipem conferre: *καὶ σιῶσιπνα ποιεῖν*, hoc est, convivia agitare, licitè & impunè licuerit. Ex quâ constitutione, *Jacobus Cula-cius, diligens antiquitatis indagator, lib. 7. observat. c. 30.* probat, etiam tempore Caji Julii Cæsaris, Judæorum col-

B

legia.

legia, inter Christianos licita & permiffa fuisse. Imò non simpliciter tantùm Judæi fuffinentur in Imperio Romano, à Magistratibus, quorum tutelæ & protectioni, fe fuaque subjecerunt, fed etiam pœnalibus sanctionibus, ab injuftis violatoribus defenduntur & muniuntur. Sic enim Impp. Honorius & Theodofius *in l. Judæi 8. Sin l. nullus 14. C. de Judæis Scœlic.* cuidam Philippo præfecto prætorii in hæc verba refcripferunt. Nullus, tanquam Judæus, cum fit innocens, obteratur: Nec expositum eum ad contumeliam, religio qualiscunque proficiat. Non passim eorum Synagogæ, vel habitacula concrementur, vel perperam sine ullâ ratione lædantur: Cum alioquin, etiamsi quis fit sceleribus implicitus, idcirco tamen judiciorum vigor, jurisque publici tutela, videtur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem. Et iidem Imperatores, Honorius & Theodofius. Asclepiodato cuidam *in l. 6. C. de pagan. in hæc verba refcripferunt:* Christianis, qui verè sunt, vel esse dicuntur, specialiter demandamus, ut Judæis, ac paganis, quietè degentibus, nihilque tentantibus turbulentum, legibusque contrarium, non audeant manus inferre, religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non ea sola, quæ abstulerint, sed convicti, in duplum, quæ rapuerint, restituere compellentur. Rectores etiam provinciarum, & officia, & principales cognoscant, se, si non ipsa talia vindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserint, ut eos, qui fecerunt, puniendos. Non defuerunt tamen, qui Judæos ex finibus suis semper expulerunt. Nam Judæi apud Gallos non tolerantur, ut refert Petr. Gregor. *in Syntagm. Juris univers. lib. 22. c. 3. num. 23.* Et Heraclius, Imperator Orientis, *const. 2. lib. 1.*
Iuris

Iuris Orientalis, omnes Hebræos Hierosolymis expulit
& cavit, ne intra tertium miliare accedere liceret. Sub
annum quoque 1295. jam tertio Iudæi in totâ Franciâ
spoliati & exacti sunt, hancque expulsionem ipsi appel-
lant *Kalab*, quòd ea contigerit 55. anno post quintum
mundi conditi millenarium: & aliquando vocant *Kalo*,
quòd anno 136. post illam Philippi Augusti exactiorem,
quæ incurrit in annum 1190. pulsi tunc Iudæi migrarunt
in Germaniam: unde & Iudæos, Germanos esse, de ra-
dice seu trunco Francorum, scribit Rabinus Elias in
Tysbi, in radice Karbatz. Sic etiam jure Civili, Collegia
Iudæorum ab Imperatoribus interdum probata fuerunt.
*l. Spadonem 15. §. jam autem 6. D. de excusat. l. generaliter
3. §. ult. de decurionib.* interdum reprobata, ut neque illis
relinquere sive legare quicquam permetteretur. *l. 1. C. de
Judæis.* Sed hæc non sine causâ.

e Per defunctos, hîc intelligo, Prophetas, Patriar-
chas & Apostolos, qui de Christo inter Iudæos vaticina-
ti sunt, Evangelium de Christo longè latèque propaga-
runt, & secundum carnem, Iudæi nati sunt, in horum
itaque honorem & memoriam, ut & ipsius etiam Chri-
sti, qui & ipse secundum carnem Iudæus natus est, Iudæo-
rum reliquiæ sparsim hinc inde per orbem terrarum ser-
vantur, & à Christianis Magistratibus meritò foveri ac
tolerari debent.

f Tum, ut hi, quoties Iudæos coram oculis suis ver-
santes, intuentur, semper meditentur iudicium & iram
Dei adversus peccata eorum, quæ in Christum, & un-
ctos ejus, ab initio inde semper perpetrarunt, ut sunt
Crucifixio, Blasphemia, impietas, incredulitas, supersti-
tio, pertinacia, superbia, invidia, persecutio fidelium,
avaritia, usuræ, & varii doli, fraudes, machinationes, &

deceptiones in contractibus, & aliis actibus judicialibus
& extrajudicialibus: *tum*, ut Iudæi inter Christianos
versantes, de veritate & auctoritate librorum veteris
Testamenti, quos ut suos & Authenicos, passim circum-
ferunt & legunt, testes sint locupletissimi, omnique ex-
ceptione majores. Nisi enim adhuc is populus extaret,
& inter fideles toleraretur, conficta esse à nobis Ethnici
possent suspicari, quæ de orbe condito, de Noah, de Abra-
hamo, Patriarchis, Regibus, & Prophetis, in Veteri Te-
stamento, & legimus, & vera credimus. Ut non imme-
ritò. D. Augustinus in libro de doctrinâ Christianâ,
hanc utilitatem consideravit, dum inquit: Per multi,
vana & conficta esse à nobis fortassè existimarent, quæ
de populo veteri, & de Prophetis narramus, nisi Iudæos
ipso adhuc superstites viderent, qui suis libris, vel invi-
ti, nostris sermonibus astipulantur.

g Ut sc. hi cognoscant, hunc, quem Iudæi crucifi-
xerunt, verum Messiam esse, & dominatorem in Iacob,
usque ad fines terræ. Et hanc rationem indicat Prophe-
ta d. Psalm. 59. vers. 12. & 14. *Erwürge sie nicht / daß es
mein Volk nicht vergesse / und daß sie innen werden / daß
Gott Herrscher sey in Jacob / in aller Welt. Et Paul. 1. Cor.
2 vers. 8 ait, Iudæos, Dominum Gloriæ crucifixisse. Quo-
ties igitur, tam pii, quàm impii, Iudæum intuemur, hujus
consilii Dei recordari, & ad judiciorum divinorum me-
ditationem atq; timorem Dei, nos exsuscitare debemus:
quia ut rami fracti, Iudæi nobis ostenduntur: Et cum
ipforum loco insiti simus, dum eos tam infeliciter exci-
sos videmus, Dei gratiam in nos agnoscere, & eorum ex-
emplo edocti, cavere debemus, ne ob infidelitatem, alia-
que peccata, propter quæ illi defracti sunt & excisi, nos
quoque similiter defrangamur & excindamur. Et hæc
confi-*

consideratio plurimum nobis conducit, cum alias, Dei
judicia, facillimè ex animis nostris effluant, nisi quotidie
in theatrum & rem præsentem deducamur.

b Ad Iudæos ipsos, ex hac dispersione suâ, duplex uti-
litas redit, *una*, ut dum vident, se extris populis, quasi
servos subditos, & subjectos, de suâ prærogativa, quam
in origine suâ, loco sancto, circumcissione, lege, promissio-
ne terræ Canaan, collocant, superbire, gloriari, & alias
gentes præ se contemnere desinant. Quam vanam eo-
rum gloriam & prærogativam, prolixè & eleganter re-
futatur & contunditur *Luther. Tom. ult. Jenensi. von den Jü-
den und ihren Lügen. Altera*, ut tempus visitationis & re-
ductionis suæ, ad ovile Domini, secundum Prophetias
suprà allegatas, sub littera *a*, cum timore & tremore
cognoscant. Has rationes passim nostri considerant, &
eleganter expendit Sohnius in explicat. *Psal. 59.* & ibi
etiam Selneccerus, *versic. 12* Erwürge sie nicht /cujus ver-
ba huc ascribere lubet. Dis ist ein Prophecey oder Weis-
sagung / wie die Jüden in alle Welt sollen zerstreuet werden /
und nicht gar vertilget seyn. Denn das Unkraut sol wach-
sen zugleich mit dem guten Saamen / bis zur Erndte / spricht
Christus. Und ist das gar eine feine Antwort auff etlicher
Jüden Einrede / die auch der Jude *Rabi Yllus* / dieses
1563. Jahrs zu mir that / und fürbracht / sagende: Weil
es denn so eine grosse Sünde ist / daß wir euren HERRN
Christum gecreuziget haben / warum hat uns denn GOTT
nicht gar vertilget / damit keiner von den Unsern überblieben
were? Auff diese lose Gegenrede hat auch der gelehrte Jude /
Paulus Weidner / so vor fünf Jahren / mit Weib und vier
Kindern zu Wien getaufft / geantwortet / und diese Ursachen
gesetzt: Erstlich / hat GOTT die Jüden lassen überbleiben /
daß es Christo und den Aposteln zu Ehren geschehe / welche

nach dem Fleisch auß diesem Volck kommen / und gebohren
sind / und haben allda gelehret / und das heilige Evangelium
mit grossen Wunderzeichen zu predigen angefangen / Joh. 4.
Das Heil kommt von den Juden. Zum andern / den Pa-
triarchen und Propheten zu Ehren / die Christum verkündi-
get haben / und sind des Jüdischen Volcks Vorväter / und
Stifter gewesen. Zum dritten: von wegen vieler guter
heilsamer Lehre / die noch bey den Juden / oder in ihren
Büchern zum Zeugnis wider sie / und zu bekräftigung des
wahren Christlichen Glaubens gefunden werden / die sie
haben / hören und lesen / und doch nicht verstehen. Esaiæ 6.
Zum vierten / zu einer steten Gedächtnis des Leydens und
Sterbens Jesu Christi / wie allhie im Psalm stehet: Er-
würge sie nicht / das es mein Volck nicht vergesse / sondern wo
man ein Juden sihet hin und wieder in der Welt / das man
gedencke an den Tod und an das schwere bitter Leyden des
HERRN Christi / und wisse / das die Juden / wie Paulus redet /
den HERRN der Ehren gecreuziget haben / 1. Corint. 2.
Zum fünfften / das sie den Christen zum Exempel fūrgestel-
let werden / das / wenn sie GOTT ungehorsam sind / Er sie
gleichfals / ja viel greulich und härter (sintemahl sie nicht
von anfang das außgewählte Volck Gottes gewesen) straffen
wolle. Zum sechsten / hat GOTT die Juden nicht vertilget /
fürnemlich dieser Ursach halben / das noch die überbleibende /
wenn die zeit der Heyden / nach den Worten Pauli / erfüllet /
Rom. 11. Auch sollen zur Erkänntnis der Wahrheit / und in
den Schaffstall des wahren Messiae Jesu Christi kommen /
und selig werden. Darnach immerdar / bis zum Ende der
Welt / etliche auß den Juden bekehret werden / wiewol es sehr
mühslich mit Ihnen ist / wie Oseas sagt Cap. 3. Die Kinder
Israel werden sich in der letzten zeit bekehren / und den
HERRN ihren GOTT / und ihren König David suchen / und
werden

werden den HErrn und seine Gnade ehren / Obedientiā
Messiæ, filio David, Regi tu, spricht der Chaldäische
Text / Sie werden gehorchen dem Messiæ / dem Sohn Da-
vid / deinem König / auff daß ein Hirt und ein Schaffstall
aus Juden und Heyden werde / wie es denn nun ist / und täg-
lich eine Kirche aus Juden und Heyden gesamlet wird: Et
subjicit: Auff solche Antwort gehört nun / daß man auch
die Ursachen betrachte / warum Gott die Judäische Po-
licen zerstöret und abgethan habe. Die erste Ursache ist / daß
Gott hat seinen Zorn wider die Feinde seines Sohns
gezeigt wollen. Darnach / daß er anzeigte / daß die Verheiß-
sunge von dem Messia nicht auff zeitliche Wohlfahrt / sondern
auff die geistlichen und ewigen Güter gerichtet wären / daß
man nicht ein Weltreich auß des HErrn Christi Reich ma-
chete / wie die Juden meinen. Zum dritten / daß er lehrete /
daß des Gesetzes wercke nicht die Gerechtigkeit seyn / die für
Gott Moses mit seinen Ceremonien und Opffern / und mit
den zehen Geboten / bringet keine Gerechtigkeit noch Se-
ligkeit. Zum vierdten / daß also die prærogativa und Vor-
zug der Juden aufgehoben würde / und nun ein Hirt / und
ein Schaffstall auß Juden und Heyden bliebe. Zum fünff-
ten / daß klarlich angezeigt und bewiesen würde / daß der ver-
heißene Messias nun kommen wäre / sintemahl zuvor dieses
war geweissaget worden / daß / weil noch die Judäische Po-
licen und der ander Tempel stünde / Messias kommen solte.

i Augustinus de civit. Dei lib. 4. § lib. 18. § in Psal. 59.
qui ipsi est 58. § in questionibus Evangelicis (si modo ejus
sunt) lib. 2. quest. 33. Petr. Martyr. in loc. communib. mih.
Tomo 1. columna 388. cum trib. seqq. § colum. 748. Sohn.
Psalm. 59. Oldrad. conf. 87 § conf. 264. Jasan l. apud Julia-
num §. constat. n. 29. de legat. 1. Jacobin. de S. Georg. de Feud.
in verbis, Carolus Dux Sabaudie, §. ultimò quæro. Roland à
Valle,

Valle, volum. 3. cons. 25. per est. Et alii infiniti ab his allegati.
Qui omnes, Iudæos, honestè, innocenter, pacificè &
tranquillè viventes, legibus Romanorum sese reve-
renter & obedienter subjicientes, inter Christianos fo-
vendos ac tolerandos, nec vel in corpore, vel in rebus &
bonis, temerè, blandos, lædendos, aut offendendos,
pœnâ, in contravenientes, constitutâ, uno ore astruunt
& confirmant.

enim Prophetiæ illæ, de Iudæis ad Christum
convertendis, & ad Ovile Domini reducendis, si nullam
sedem & mansionem habeant apud Christianos, & do-
ctrinæ, morum, vitæque integritate, ad pœnitentiam
invitentur, vanæ & irritæ videbuntur. Supervacua et-
iam, inutiles frustra que læta videbuntur, tot constitui-
ones utriusque Juris, magnis laboribus conditæ & pro-
mulgatæ, quod dictu fuerit absurdum.

III.

Leges sive *διατάγματα*, ad quorum præscri-
ptum, Iudæi, in Imperio Romano tolerari pos-
sunt, aut generalia sunt, aut specialia. Gene-
ralia illa sunt, ut secundum jus Romanum, pa-
cificè, tranquillè, & sine scandalo Christiano-
rum vivant, ejusque præscripto, reverenter &
obedienter, se suaque per omnia subjiciant,
& in nullo contumaciter reluctentur. Spe-
cialia rursus, vel ad doctrinam, sacrificia, le-
ctiones, orationes, cantiones, aliosque ritus,
festivitates, & Synagogas eorum: vel ad con-
tra-

tractus : vel ad munera civilia, personalia, & patrimonialia sive realia: vel ad judicia: vel ad habitum pertinent. Quæ singula, qualia sint, nunc ordine videndum.

a l. Judæi 8. l. nullus 14. C. de Judæis & cælic. l. Christianis 6. C. de pagan. Quarum legum verba retulit supra, Thesi 2. sub littera d.

IV.

Διατάγματα Specialia ad doctrinam, sacrificia, lectiones, orationes, cantiones, aliosque ritus, festivitates, & synagogas Judæorum spectantia, hæc sunt: *Primum*, ne Judæi, sine permisso Magistratus loci, novas sibi Synagogas extruant, sed veteres ruinosas, fulcire, munire, ac sustentare licite ac impune, si velint possint *a.*

*a c. Judæi 3. c. consultationi 7. extr. de Judæis l. hac va- litura 19. §. illud etiam 1. C. de Judæis & cælic. Sed num prorsus collapsas Synagogas, reparare, restaurare, reedificare, ac redintegrare, de novo, licite & impune possint, quæstionis est? Et de stricto jure non posse, cum novæ, ita restauratæ, videantur, probatur argum. l. 20. §. 2. D. de servit. urbanor. prædior. Secundum verò *Παιδείαν* & æquitatem juris, posse, quo casu ædes, ita restauratæ, non novæ, sed eadem ædes intelliguntur. Et hanc Juris æquanimittatem Alexander Tertius in *d. modo c. consultationi*, secutus est. *Sed & illud hic quæritur, an Judæi, Synagogas suas, quas ita reedificant & reficiunt, altius elevare, dilatâre, ampliâre, & preciosiores facere, quàm antè fuerunt, licite possint?**

Quæstio

Quæstio
alia.

possint? Et non posse, idem Pontifex Alexander Tertius
in d. modo c. consultationi, rescripsit, ubi subjicit, sufficiat
Judæis, & pro magno habeant, quod in veteribus Syna-
gogis, & suis observantiis tolerantur.

Secundum, ne Judæi, in Synagogis suis Chri-
stum, Deum & Salvatorem nostrum, maledictis
proscindant, ne vè ritus, ceremonias, festivitates,
sacra & solennia sua, in contemptum Christia-
næ religionis, fidei atque legis peragant. Atque
ita, ne Christianos, eorumvè religionem, dicto
factovè contemnant. *a.*

*a c. Et si Judæos 17. in princ. Et c. in nonnullis 15. in fin.
extr. de Judæis l. Judæos 11. C. de Judæis Et cæli c. qui synce-
ra. in fin. dist. 45.* Solebant quippe Judæi, in memoriam
crucifixi, *Amanis*, annuatim, crucem ligneam, contu-
meliaë causâ, vicatim præferre, & postea exurere. Unde
quidam ex Judæis, irridendæ passionis & mortis Domini,
occasionem arripiebant. Cujus ritus & contemptus me-
minit *d. l. 11. Et Historia Esther c. 11. vers. 27. Et plenius
Josephus lib. 11. δεχαιολογίας.* Et ne Judæi, cruci Christi
& passioni Dominicæ, cujus infensissimi semper hostes
fuerunt, publicè illudendi occasionem habeant, totâ die
sanctæ parasceves paschæ (*Am guten Freytage*) ostia & fe-
nestras domorum clausas tenere, nec in publicum prodi-
re jubentur. *c. quia super 4 Et c. in nonnullis 15. §. in die-
bus, extr. de Judæis.* Et subjicit ibi textus, in fin. & quo-
niam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui
probra nostra delevit: præcipimus, præsumptores hu-
jusmodi, per principes seculares, condignæ animadver-
sionis

tionis adjectione compesci, ne crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare præsumant.

ADDITIO.

Notari hic meretur, quod Judæi in precibus matutinis suis soleant Deo gratias agere, daß er den Menschen voller Löcher geschaffen: Daß er dem Hauen den Verstand geben/daß er Tag und Nacht unterscheiden kan: Et viri quidem, daß sie nicht zu Weibern geschaffen; quod reducat animas in mortuorum hominum corpora, &c. Refert ita Antonius Margarita Judæus ad Christianismum conversus, Professor Lipsiensis in suo libello vom ganzen Jüdischen Glauben/ excuso Francofurti anno 1561. Habent etiam orationes (1) wider das hoffärtige Reich (sine dubio intelligunt regna Christianorum) (2) contra Hallenii i. e. contra eas gentes quæ adorant Deum qui ipsas non potest juvare. Pleriq; tamen non utuntur istis orationibus. Hæc ex ore Magni Calixti τὸ παραεῖς nota vi olim, cum Theol. & Jurid. Facultas nostræ Julię consulerentur de Judæis non nisi certis conditionibus tolerandis. H. H.

VI.

Tertium, ne Judæi, homines nostros seducant, corrumpant, vel ad religionem suam, quâcunque ratione, traducere audeant, sub poenâ proscriptio- nis bonorum, & sanguinis a.

a l. Judæus 18. C. Judæis & cœlic. Synops. βασιλιν. lib. 60. tit 54. c. 31. Et ut seductio illa eò melius præcaveri possit, hæc consecutivè in jure nostro sancita sunt, Primum, ne vel Judæus Christianam in uxorem ducat, vel è converso, Christiana, Judæo nubat. Quod ita à Valentiniano, Theodosio, & Arcadio, Impp. sub poenâ adulte-

rii, hoc est capitis, sancitum est, in l. ne quis 6. C. de Judæis.
Quò pertinet etiam c. Judæi 10. Et c. cave 15. causs. 28.
quest. 1. Quod plenè & eleganter explicat & declarat
Menochius, de arbitr. jud. questionib, l. 2. centur. 3. cas.
290 n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Et Roland. à Valle, volum. 2. cons. 35.
Secundum, ne Judæi, Christianum mancipium habeant,
possideant, in religione suâ instituant & imbuant, insti-
tutum & imbutum, circumcidant, sub pænâ Castran-
tium, perpetui exilii, bonorum proscriptione, nec non
Canonicâ l unica, junctâ constitutione Græcâ, in libris Flo-
rentinis adjunctâ, C. ne Christian. mancip. hæret. vel Judæis,
vel pagan. habeat, possid. vel circumcid. l. Deo 24. S. his
ita dispositis C. de Episcop. Et Cleric. cap 1. Et 2. extr. de Ju-
dæis cap. consuluit 29. extr. de appellat. c. mancipia c. præ-
senti dist. 54. c. Judas 17. quest. 4. l. circumcidere II. ad l.
Cornel. de Sicar. l. Judæi 16 C. de Judæis Et cœlic. c. nulla
14. S. si qui, dist. 54. Tertium, ne Christiani, famulatio
domestico, Judæis inserviant c. Judæi 5 in princ. c. ad hæc
8 Et d. c. etsi Judæos 13. extr. de Judæis. Quartum, ne
Christianæ mulieres, Judæas obstetrices, & nutrices ha-
beant d. c. ad hoc 8. Et d. c. etsi Judæos 13. extr. de Judæis.
Quintum, ne Christiani cum Judæis manducent, bibant,
lavent, nec medicamenta ab iis sumant, c. nullus eorum 13.
c. omnes 14. in princ. causs. 28. quest. 1. Canon. Apostol 69.
Quidam tamen in Medicis distinguunt ut Pharmaca qui-
dem simplicia, possint à Judæis emi, non mixta: & ut in
casu necessitatis, si alius medicus non sit, vel si sit, sed non
idoneus, possit quis Judæo medico uti, vide Angelum
Clavarium, & summam Rosellam, in verb. Judæus Et quæ
ego notavi centur 1. quest 14. An Christianus ægrotus, se
medico Judæo curandum committere debeat. Sextum,
ne Christiani, nimiam, quotidianam, & assiduam familia-
ritatem,

ritatem, communionem, & conversationem cum Judæis ineant *c. sæpè 12. de causs. 28. quæst. 1.* cum sæpè majorum consortia, continua & assidua conversatio & familiaritas, etiam bonos, corrumpere, & suâ participatione, & communionem, subvertere, & ad superstitionem & perfidiam suam, simplicium animos inclinare possit *d. c. sæpè & d. c. adhoc.* Et Judæis, quos propria culpa, perpetuis servitiis submisit, vel maximè peculiare est, ut in nimiam familiaritatem & amicitiam Christianorum, pro suâ erga eos misericordiâ & Φιλανθρωπία recepti, iis pro gratiâ, contumeliam, pro familiaritate, contemptum, reddant: Et juxta vulgare proverbium, illam gratiam ac retributionem rependant, quam mus in perâ, serpens in gremio, ignis in sinu, suis consueverunt hospitibus exhibere *d. c. Etsi Judæos 13. extr. de Judæis.*

VII.

Quartum, ne Judæus Judæum, ex impiâ suâ blasphemîâ, & ferali religione, professione, hæresi, & secta, ad Christianismum transire volentem, prohibeat: nevé in Neophytum illum, hoc est, recens baptizatum, & ad Christianismum conversum, quicquam violenter & injuriose, sub pœnâ ignis, attentare præsumat *a.*

a. l. Judæis 3. C. de Judæis & cælic. Et hic conversionis actus, adeò in jure favorabilis est, ut Servi Judæorum, ad Christianismum converti, & baptizari volentes, exindè libertatem consequantur, *c. ult. extr. de Judæis.* Judæi

tamen , antequam ad baptismum admittuntur, prius in fide Christianâ sunt instituendi & examinandi , *c. ante baptismum, cum aliquot seqq. & c. Judæi, dist. 4.* & præterea, priscis suæ sectæ atque fidei ritibus, solenniter renunciare, eosque dimittere debent, *c. quidam 4. extr. de Apostat:* Ad baptismum tamen, religionem, & fidem Christianam suscipiendam, cogi invitati Judæi non debent *c. sicut 9. extr. de Judæis c. qui syncera, & c. de Judæis, dist. 45. c. pleriq; de consecrat. dist. 1. 14. C. de Judæis, l. 6. C. de pagan.* nam ut eleganter Theodoricus Rex, apud Cassiodorum *lib. 2. variarum, Epist. 27.* permittens Judæis reficere templum suum, damus, inquit, siquidem permissum: sed errantium votum laudabiliter improbamus, Religionem imperare non possumus, quia nemo cogitur ut credat invitus. Et rursus apud eundem *lib. 10. variarum. Epist. 26.* Theobaldus Rex, Justiniano Imperatori scribens, cum divinitas, inquit, patiatur multas religiones esse: nos unam non audemus imponere: retinemus enim legisse, voluntariè sacrificandum esse Domino, non cujusquam cogentis imperio. Et Tertullianus ad Scapulam, non est, inquit, religionis, cogere religionem, quæ spontè suscipi debet, non vi. Consentit Clemens Romanus in initio *lib. 9. recognitionem, ad Jacobum fratrem Domini.* Et D. Bernardus in Cantica, sermone 66. fides, inquit, suadenda, non imponenda. Et in *d. c. de Judæis, dist. 45. ex concilio Toletano 4. Can. 56.* eleganter dicitur: nemini deinceps ad credendum, vim inferri præcipimus. Cum enim vult, Deus miseretur, & quem vult, indurat, non enim tales invitati salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma justitiæ. Sicut enim homo, propriâ arbitrii voluntate, serpenti obediens, perit: Sic vocante se gratia DEI, propriâ mentis conversione quis-
que

que credendo salvatur. Ergò non vi, sed liberâ arbitrii sui voluntate & facultate, ut convertantur, suadendi sunt, non potius impellendi. Si tamen semel Christianismum, etiam inviti, receperint, tunc ut in eâ persistant, sanctionibus, etiam poenalibus, cogi & compelli possunt: quia jam constat eos sacramentis divinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & Chrismate unctos esse, & corporis Domini extitisse participes: Oportet igitur, ut fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur: & sic fides, quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Legimus tamen, aliquando, Judæos, à principibus, in quorum regnis & ditionibus commorantur, ad fidem & baptismum, coactus fuisse. Sic enim, Heraclius Imperator, Heraclætæ filius, Judæos invitos, ad baptismum compulit, Aurelius Victor, in vita Heraclii. Et Leo Iconomachus, Orientis Imperator, Ann. 6. Imperii sui, Judæos & Montanos, ad baptismum adegit. *Const. 1. lib. 1. orientalis.* Sisebutus quoque Rex Hispaniarum, coëgit Judæos ad nonaginta millia, ad baptismum venire. *c. de Judæis 45. dist.* vel regno suo excedere. Idque regni sui anno 4. & Heraclii 5. ut scribunt Isidorus in Etymolog. Quod postea dicitur, æmulatus Dagobertus Francorum Rex, ut scribunt Vafæus, Paulus Æmilius, Ammonius *lib. 4. Historiæ Franciæ c. 22.* Idque ideo ac utroque eodem ferè tempore factum putatur, teste Blondo *lib. 9. decadis 1.* & Paulo Æmilio *lib. 1.* quòd Astrologus quidam prædixisset, à circumcisis, vastandum imperium. Simili modo, ut Paulus Diaconus *lib. 25.* refert, Thesias, Arabum Dux, Judæos & Christianos ad Menzerifandum, hoc est, ad Characterem Mahumetis accipiendum, compulit. Et nisi Judæi in fide semel susceptâ

ceptâ, pœnalibus sanctionibus perseverare cogantur, facile rursus deficiunt, & ad priorem vomitum, revertuntur *c. Judæi 93. de consecrat. dist. 4.* Pœnæ autem hujus Apostasiæ, definitæ sunt in Concilio Toletano 4. *c. 58. & in c. pleriq; 94. de consecrat. dist. 4. l. 1. C. de Apostatis.* Leo Philosophus *Novell. constit. 55. in fin.* Sic Hungari, à Christianâ fide, ad Paganismum relabentes, Episcopis & sacerdotibus interfectis, pœnâ capitis, Christianismum retinere compulsi sunt, ab Andrea Rege 4. Hungarorum, & Vela, ejus fratre, ut scribit Nauclerus, & Bonfinius *lib. 2.* Sic & alii hæretici, desertores veritatis, ad veram fidem, pœnis redire compelluntur, ut multis rationibus comprobatur in *c. displicet 38. cum seqq. caus.*

Quæstio. 23. quæst. 4. *An verò Judæus, recens baptizatus, & ad Christianismum conversus, per conversionem illam suam, & professionem Christianismi, noviter assumptam, ab anterioribus, & pristinis furtis, aliisq; delictis, in Judaismo patratis & commissis, etiam in foro seculari quo ad pœnam corporalem, lege, statuto, vel consuetudine, tali delicto debitam, recte excusari, liberari, & impunitatem eorum consequi possit, quæstionis est?* De hac quæstione inter Magistros & interpretes nostros, non satis convenit. Et quidem *negativam sententiam*, quod scilicet baptismus superveniens non tollat & aboleat pœnam criminalem, corporalem, temporalem, publicam & politicam, sed spirituales animæ tantum, ne vigor judiciorum publicorum labefactetur, nec delicta impunita transeant, astruunt & defendunt Panormitanus, Socynus, Joannes de Ananiæ, Augustinus Berous, *in c. de his, extr. de accusat.* Glossa, Hostiensis, Innocentius, Antonius de Butrio, Panormitanus, Petrus de Perusio & alii, in *c. gaudemus, de divort.* Cardinalis Alexandrinus in *c. deinde, dist. 26.* Domini-

CUS

cus de S. Geminiano in *c. 1. dist. 25. Apostillator ad Angel.*
in tractat. maleficiorum, in verb. Et ad querelam, post n. 91.
& additionator ad Thomam Ferratum, in *Caut. 24. n. 4.*
sub littera a. Decius cons. 130. incip. ex facto proponitur
quod Judæis, volum. 2. Ruinus cons. 13. num. 3. volum. 5.
ubi ipse in facti contingentia ita consuluit, licet subji-
ciat, judici arbitrarium esse, circumstantiis ita suaden-
tibus, contrariam sententiam, ut æquiolem & mitio-
rem, eligere, Marquardus de Susannis, in *tractat. de Ju-*
dæis & infidelibus, part. 3. c. 5. n. 1. Et hæc sententia, ab
allegatis plærisque Dd. communis perhibetur. *Affirma-*
tivam verò sententiam, quod scil. Judæus, per conversio-
nem & assumptionem baptismi, delictorum antero-
rum, non solum coràm DEO, sed etiam coràm mundo,
plenariam poenæ remissionem consequatur, ut mitio-
rem, æquiolem, & religioni Christianæ magis faven-
tem, utpote per quam multi Judæi, ab impiâ, blasphemâ,
sceleratâ, & ferali suâ religione, ad Christianismum in-
vitari, & converti possint, astruunt & defendunt Glossa
inc. sine poenitentia, de consecrat. dist. 4. & Glossa in c. quod
autem 32. quæst. 1. Et gloss. in princ. dist. 49. Et gloss. in c. si
quis viduam, dist. 1. Et gloss. in c. quoniam 48. dist. Calderic.
Anton. de Butrio, Imola, Felinus, in d. c. de his, de accusat.
Archidiacon. in Summa, dist. 50 Blancus in practic. criminal.
in cautelis proreis defendendis, caut. 1. num. 3. Et seq. Thomas
Ferratius, caut. 24. n. 4. post med. ubi refert, quod hæc
communis sit sententia Scholasticorum Theologorum,
ibi ab ipso relatorum. Atque ita in facti contingentia,
mediante patrocinio præstantissimorum Jureconsulto-
rum, Christophori Albertini, Caroli Ruini & Bertru-
tii Bagorotti, Judæum quendam, per baptismi assu-
ptionem, Paduæ, à poenâ furti, liberatum fuisse, idem
D Ferratius

Ferratius scribit, *d. n. 4. in fin.* Et in hanc sententiam, si ita iudici visum æquum fuerit, magis etiam inclinatur Ruinus, *cons. 13. num. 3. volum. 5.* & Vivius *in commun. opin. lit. a. verb. accusari potest Judæus, in fin.* & Jul. Clarus *in practic. criminal. quæst. 51. num. 19. circ. fin.* Et ad hujus sententiæ confirmationem, facit etiam *c. ad abolendam, extra de hæretic.* Ubi hæreticus ad fidem conversus, pœnam mortis evadit. Et hæc magna virtus est, vis, potestas & effectus baptismi, quod non solum liberat hominem ab omni pœnâ spirituali sive animæ, quoad Deum: verum etiam ab omni pœnâ criminali & corporali, quoad mundum. Hanc tamen sententiam, allegati Dd. tunc demum veram esse ajunt, si Judæus baptismum petat, bonâ fide & intentione, syncerâ conscientiâ, odio impiæ, blasphemæ & feralis suæ sectæ, & amore Dei & Christianismi: non etiam si metu & formidine pœnæ, vel accusationis jam intentatæ, vel brevi intentandæ, ob delictum à se commissum, atque ita malâ fide, dolosè & fraudulenter, ut hoc colore, pallio, & prætextu, non tantum pœnam præteritorum delictorum evitet & effugiat, sed etiam imposterum securiùs delinquere possit. Atque ita accipiunt *d. c. ad abolendam, extr. de hæret.* Ubi tunc demum hæreticus evadit pœnam temporalem, si in continenti, spontè & bonâ, ac syncerâ conscientiâ, ad fidem revertatur: Secus autem, si metu pœnæ, & sic quodammodo coactè, fraudulenter & hypocriticè id faciat, ut benè, de hoc intellectu, ex Panormitano ibi, monuit Ruinus *d. cons. 13. num. 3. in fine.* Et legimus, Judæos, & Agarenos, Sarracenos, seu Turcas, baptismum Christianorum interdum petere, non bonâ fide, intentione & proposito, sed ut vel præteritorum delictorum impunitatem, vel corporalem medicinam, vel aliud quod-

quoddam lucrum & commodum per eum consequan-
tur, *Petr. Gregor. in Syntagm. Jur. universi lib. 2. c. 4. n. 12.*
13. 14. ubi refert ex *lib. 2. Juris orientalis*, ex constitutio-
ne quâdam Lucae Patriarchæ Constantinopolitani, de
infantibus captivis baptizantis, Agarenis seu Turcis
persuasum esse, suos liberos, à Dæmone vexandos, &
malè olere tanquam canes, nisi baptismi à Christianis &
orthodoxis sacerdotibus consequantur. Et Constanti-
num Magnum, baptismi beneficio, à leprâ curatum fuis-
se; legimus apud Nicephor. Calist. *lib. 7. histor. c. 23. & 25.*
Quod si quæras, quomodo vel bona, vel mala fides hoc casu sit
cognoscenda & dijudicanda? Respondebo cum Ruino
d. conf. 13. num. 4. hoc casu, malam fidem, fraudem, sive
dolum, satis probari, si quis de crimine aliquo, vel diffa-
matus, vel accusatus fuerit, per notata Bartoli & Dyni
in l. 1. de pœn. Ubi concludunt, per *l. final. in princ. de*
his qui sibi mortem consci-ver. ei, qui post diffamationem
vel accusationem, de delicto aliquo, Clericus factus est,
hanc professionem non proficere ad pœnæ remissio-
nem consequendam, siquidem dolo & fraude id fecisse
præsumatur. Rectè igitur prudentissimus Senatus Hil-
desheimensis, Judæum *Michaëlem Düelken* / suspendio
punivit 19. Septemb. An. præterito, cum baptismum
dolosè & fraudulenter petiisset & impetrasset, de diver-
sis jam furtis diffamatus & accusatus, vel saltem eorum
accusationem & detectionem metuens, quorum impu-
nitatem, baptismi prætextu, absque dubio captaverant.
Cujus baptismi & supplicii processum, plenè descripsit
& publicavit, *Henricus Heshusius*, Sacrosanctæ Theolo-
giæ Doctor, & apud Hildesheimenses Superintendens di-
gnissimus, amicus & affinis meus dilectissimus. *Si ve au- Quæstio.*
tem Judæus per assumptionem baptismi, à pœnâ Legis statuti,

vel consuetudinis, liberatus fuerit, vel non fuerit, & si ve bonâ sine malâ fide baptismum petierit & acquisiverit: non tamen per hoc etiam liberatus erit, à restitutione, satisfactione, vel emendatione damni si ve interesse, ad quam parti læsæ, ante baptismum susceptum, tenebatur. Quanquam enim per baptismum, pœnam non tantùm spirituales, sed etiam temporales tolli & aboleri dicamus: non tamen eo ipso alius lædendus est, jussu illi, ante baptismum quæsitum, etiam ad pœnam, auferendum, secundum glossam, communiter approbatam, in d. c. gaudeamus, de divor. Jul. Clar. d. § fin. quest. 51. num. 19. in fin. Ruinus d. cons. 13 num. 2. Ubi subjicit, hoc esse verissimum, & ab omnibus approbatum. Et confirmatur hæc sententia etiam ex eo, quod remissio injuriæ, & foro poli si ve conscientia facta, non præjudicet actioni, ad damna & interesse, in foro contentioso, politico, seculari & civili, secundum Glossam in c. si quis contristatus, dist. 9. Bart. in l. tibi §. quedam, de pact. & in l. non solum, § injuriarum, de injur. Bald. in l. si domus, de Servit. urban. prædior. & in c. 1. §. injuria, de pac. jur. firmand. Schneid. ad §. fin. Inst. de Injur. Jul. Clar. §. fin. quest. 58. n. 38. Ruinus in specie, d. cons. 13. num. 2. volum. 5. Et, si etiam hic quæras, an Judex criminalis etiam de hæc damnorum emendatione & restitutione, rectè cognoscere & judicare, & delinquentem ad restitutionem condemnare possit, nec ne? Respondebo, id eum posse, non quidem principaliter, l. solemus §. latrunculator, de Judic. Sed incidenter, & in consequentiam l. interdum §. qui furem, & ibi Bartol. de furt. Bald. in l. si quis ad se fundum C. ad l. Jul. de vi, & in l. de possessione C. unde vi. Poterit igitur Judex criminalis si ve maleficiorum, ratione emergentiæ, & connexitatis causarum, hunc delinquentem, etiam ad restitutionem rei subtra-

ctæ,

Quæstio.

etæ, rectè condemnare. Atque ita in specie consuluit
Ruinus *d. cons. 13. num. 2. volum. 5.*

IIX.

Quintum, ut Judæi hodie, ex nonnullâ con-
stitutione Justiniani, non tantùm Hebraicè, sed
etiam Græcè, & quacunque aliâ linguâ, sacra
Biblia legant *a.*

*a Novell. constit. Justiniani 146 c. 1. §. veruntamen, &
§. non tamen.* Quâ sanctione suâ obviare voluit Justinia-
nus, versutiæ Judæorum, qui, quò faciliùs linguæ Hebrai-
cæ ignaris imponerent, non aliam, quàm Hebraicam
linguam recipiebant in Synagogis suis. Non tamen
quamlibet translationem probat Justinianus, sed ex
Græcis, interpretationem tantùm LXX. & interpreta-
tionem Aquilæ. Quod mirum alicui videri possit, si qui-
dem Aquila, ex Græco Christianus, factus, cum Astro-
nomiæ curiosis quæstionibus, plus æquo deditus esset,
ejectus Ecclesiâ, transierit ad Judæos. Et quò magis
Christianis noceret, cœpit 70. interpretationem, & te-
stimonia de Christo, in scripturis probata, corrumpere,
ut Epiphanius auctor est in *lib. de mensur. & ponderib.* unde
& D. Hieronymus in *præfatione in librum Job*, Aquilam,
Symmachum, & Theodotionem, vocat hæreticos, Ju-
daizantes. Plures sacrorum librorum versiones sive
translationes Græcæ fuerunt. *Prima* fuit 72. interpre-
tum, quæ alias versiones omnes facilè antecedit. Et di-
citur in *d. Novell. Constit. Justiniani* brevitatis causa, 70.
interpretum, cum tamen 72. interpretes fuerint, teste
Epiphanio *lib. de mensur. & ponder. Tertull. 18. Apologet.*
eâdem ratione, quâ centum viri olim appellabantur, et-
iam si

iam si essent 105. ex singulis tribus, terni auctore Sexto Festo Pompeio, *in verb. centumvirialia iudicia*. Sic leges XII. tabul. leges centumvirales, rotundandi numeri causâ, appellantur. Composita igitur ea fuit, à 72. viris, Ptolomæo Philadelpho, Ægypti Regi, missis, ab Hierosolymitanis, Joseph. *lib. 12. Antiquit. Jud. Tertull. lib. 18. 19. Apologet. Epiphan. lib. de mensur. & Ponder. Eusebius lib. 8. de præparat. Evangelic. c. 1.* in Phariâ Insulâ, reposita que primum fuit in Bibliothecâ Bruchio, postremo in Serapio, longè ante Christum natum, ut auctor est Epiphan. *lib. de mensur. & Ponder.* Ubi inter cætera refert, 72. electos, imitatione quâdam Mosis, cui præceptum fuerat, ut assumeret 70 viros, & ascenderet in montem. Interpretationem 72. sequuta est *interpretatio Aquilæ*, facta sub Hadriano Imperatore, Epiphan. *de loc. Tertia* translatio, est Symmachi Samaritæ, Epiphan. *d. loc. vel Ebionæi Euseb. lib. 6. c. 71.* *Quarta* est Theodotionis Ephesii, Marcionitæ, sub Commodò, Epiphan. *d. loc. Quinta*, interpretem certum non habet, fuit tamen reperta Ann. 7. Antonini Caracallæ, in Hiericho, doliis occultata, cum aliis Libris Hebraicis & Græcis, Epiphan. *d. loc. Sexta*, autorem etiam certum non habet, ut que superior, reperta fuit in doliis, occultata in Nicopoli, ad orientem sita, seu in Aëtiaco littore, sub Alexandro Severo, Epiphan. *d. loc.* Easque interpretationes omnes, adeptus Origenes, curavit ita in integra Biblia describi, ut Hebraico textui, literis Hebræis descripto, columnam deputeret, alteram, eidem textui, sub literis Græcis conscriptam. Duabus istis columnis, quatuor alias adjecit ex opposito, interpretatione scil. Aquilæ, Symmachi, septuaginta, & Theodotionis, eamque editionem Hexapla vocavit: quibus verò addidit quin-

tam

tam & Sextam, interpretationes anonymas, octapla vocavit. Epiphan. *d. loc.* De aliis etiam versionibus, Chaldaeis, Hebraeis, Latinis, Germanicis, veteribus & novis, separatis & conjunctis, qui volunt, videant Sohnium *lib. 2. de verbo Dei, ejusq; tractatione, in princ.* Quid autem sentiendum sit de iis, qui Judæorum linguam & Hebraica Biblia condemnant & comburenda censent ideò, quod à Judæis corrupta & vitiataputent, vid. Petr. Martyr. in locis suis tomo, mibi column. 389. cum seq.

Quæstio

IX.

Sextum, ut Judæi hodie, ex eadem Novellâ Justiniani, renuncient impii istis hæresibus, quibus negant resurrectionem mortuorum, extremum judicium, Angelos esse DEI creaturam. Et denique eam, quâ negant, DEUM, rerum aspectabilium autorem, easque ad Angelos autores referunt *a.*

a d. Novell. Constit. Justin. 146. c. 2.

X.

Septimum, ne Judæi imposterum, in Imperio Romano, traditionibus & observationibus Mosaicis, tanquam fabulis & humanis commentis καὶ Ἰερέσειν, utantur, sed ipsos sacros Codicis legant *a.*

a d. Novel. Constit. Justin. 146. c. 1 §. eandem verb. Traditiones illas Mosaicas, Judæi vocant, *Misne Torba*, hoc est legem secundariam, atque in unum compositam (ut quidam

quidam volunt) à Judæis, post Christi adventum, idque partim ex Cabalisticis feu Anagogicis, partim ex Allegoricis quibusdam interpretationibus, quarum Originem & successum, ad usque tempora Mosis, & 70. ejus assessores, Judæi referebant. Justinian. *d. c. 1.* secundariam illam Judæorum legem, ἐκτέραςιν græcè adpellat. Addunt præterea, Judæos deinceps, ex superiore Syntagmate, & aliis postea natis opinionibus, *primum Thalmud, seu Hierosolymitanum* (sic appellatum à Judæis Doctoribus, undique Hierosolymis, in eum finem coactis) composuisse Ann. Christi 300. Et Ann. 70. post, *secundum Thalmud* edidisse, coactis in Babylone Judæis, eoque nunc Thalmud ut Judæos, Cabalisticis somniis referto. Vide Postellatum *c. 3. de orbis concordia num. 12.* Confer. huc ea quæ de desuetudine, & non observantiâ *d. Novell. Justiniani monui fusiùs infrà ad thes. 17. §. sic quamvis etiam Judæi.*

XI.

Διατάγματα, Specialia, ad contractus Judæorum spectantia, hæc sunt: *Primum*, ne Judæi cum Christianis, & è converso Christiani cum Judæis, matrimonium contrahant *a.*

a Id ideo Jure sancitum est, ne fidelis ab infidele seduceretur, *l. ne quis 6. C. de Judæis c. Judæi 10. c. cave 15. c. si quis Judaicæ 17. caus. 28. quest. 1.* Quæ infidelium conjunctio, etiam sacrâ paginâ prohibita est, *Genes. 6. Exod. 34. Deut. 3. 7. Esdr. 9. 3. Reg. 10. Act. 13. 1. Corinth. 6.* Adeò, ut contravenientibus, Jure civili, hoc est ex constitutione Valentiniani, Theodosii, & Arcadii, poena adulterii, hoc est capitis, irroganda veniat, *d. l. ne quis 6. C. de*

C. de Judæis. Quod plenè & eleganter explicat & declarat Menochius *de arbitr. jud. questionib. lib. 2. cent. 3. Cas. 290. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* & Roland. à Valle *volum. 2. cons. 35.* & Petr. Gregor. *in Syntagm. Juris Canonici lib. 2. tit. 5. c. 2. n. 3. sub littera k.* Et Jul. Clar. *in practic. criminali §. fornicatio, vers. cum Judæis.* Huc faciunt etiam ea quæ notavi ad *Thesin 6. supra.* Illud hîc obiter recensendum, Judæam, adulterium committentem, per dies quadraginta, singulis diebus per horam dimidiam, vestibus exutam usq; ad umbilicum, hyeme, in aquâ frigidâ, æstate, in fornicarum nidulis sedendo consumere, & integrum annum ante foras januæ noctu procumbere, nullo indusio indutam. Id quod non ex unius, sed plurimorum Judæorum commemoratione & relatione se habere, notavit Ludovicus Schwartzmeierus *lib. 1. miscellan. Jur. c. ult. in fin.*

XII.

Secundum, ne Judæi, juxta mores & ritus suos Iudaicos & Mosaicos, sed secundum jura & leges Romanas, matrimonia contrahunt *a.*

a. l. nemo Judæorum 7. C. de Judæis & cælic. Cujus verba hæc sunt: Nemo Judæorum, morum suum, in conjunctionibus retineat, nec juxta legem suam, nuptias fortiatur, nec in diversa, sub uno tempore conjugia, conveniat. *Synops. βασιλικ. lib. 1. tit. de Judæis c. 33.* Ubi Textus Græcus ita supplet, *κατὰ τὰς κοινὰς ἰουδαῖοι γαμεῖταισιν νόμοις,* hoc est, Judæi secundum leges communes matrimonia contrahunt. Prohibent igitur Impp. Valentinianus, Theodosius & Arcadius *in d. l. 7.* Primò, ne Judæi

E

dæi

daei hodiè, uno eodemque tempore, plures uxores ducere possint. *d. l. 7. in fin. c. gaudemus 8. §. verum absorum hoc videtur, & sibi Gloss. in verb. uxores, extr. de divort.* Quod tamen olim, secundum leges Mosaicas, licuisse, probari videtur *Deut. 21. vers. 15. 2. Samuel. 12. vers. 18. Genes. 2. 2. Paralip. 12. Iudic. 8. 2. Reg. 3. & 20. & 3. Reg. 11. & in aliis locis.* Item prohibent & tollunt legem Mosaicam, quâ olim, fratri, fratris defuncti uxorem ducere licuit, suscitandi seminis gratiâ. *Genes. 39. Deut. 25.* Quod etiam confirmatur specificè *in l. fratris 5. l. licet 8. l. ab incestis 9. C. de incest. & inutilib. nupt.* Item prohibent & tollunt incestuosam illam consuetudinem, quâ Judæi, prætextu legis Mosaicæ, *Levit. 18. vers. 18.* Sororem uxoris defunctæ, ducere non erubescunt. Quod similiter specificè & expressè confirmatur *in d. modò l. 8. 9. & 5.* Ubi dicitur *in l. 5.* duabus sororibus conjungendi penitus licentiam summovemus, etiam dissoluto quocunque modo conjugio. Nec possunt Judæi, factum hoc suum incestuosum, eo prætextu excusare, quod *in d. c. Levit. 18. vers. 18.* hæc exceptio, limitatio, sive restrictio additur, *Illâ vivente,* quasi à contrario sensu innuat, priore mortuâ, secundam duci posse. Siquidem argumentum à contrario sensu, tunc demum procedat, si salvis aliis textibus & rationibus & sine absurdo aliquo naturali vel civili, id rectè & commodè fieri possit, ut multis docet Eberhardus *in Topic. suis legalib. loc. à contrario sensu 28.* Et hoc est, quod Basilius *in Epist. ad Diodorum,* in hoc ipso casu scribit: *non temerè ex eo, quod scriptum est, colligendum esse, quòd scriptum non est.* Sine absurdo autem naturali & civili, hanc interpretationem tolerari non posse, ostenditur, tum quòd paria, sint pro expressis habenda,

benda, cum hoc flagitet ipsa ratio, ut de similibus simili-
ter statuatur. Itaque cum apud Moisen prohibentur
nuptiæ inter fratres filium, & patru uxorem: intelli-
guntur etiam inter sororis filium, & uxorem avunculi,
item inter avunculum, & filii sororis uxorem interdi-
ctæ, *Leuitici c. 15. vers. 14.* item cum frater expressis ver-
bis vetatur, uxoris fratris sui pudenda retegere, inhibita
quoque censetur sororis cum marito sororis suæ con-
junctio, siquidem paria sint, duobus fratribus, eandem,
& duabus sororibus, eundem conjungi. *Levit. 18. vers. 16.*
Tum, quod, quemadmodum ea, quæ priori fratri nupsit,
in unum corpus cum eo coaluit, & affinitate, facta est
fratris mariti sui soror, unde & sororia ipsi dicitur, & so-
rorem autem ducere fratri non liceat: eâdem prorsus
ratione ducere cuiusdam non liceat uxoris sororem, ut-
pote cui factus sit affinitate frater. Et hoc est, quod Basi-
lius hâc ipsâ de re *in d. Epist. ad Diodonum* scribit in hæc
verba: *Illud, non ingredieris ad ullum consanguineum car-
nis tuæ, ad detegenda ejus pudenda*, hoc quoque consan-
guinitatis genus (illud videlicet, de quo nunc quæri-
mus) comprehendit. Quid enim esse possit homini suâ
uxore, vel potius suâ ipsius carne, magis propinquum?
non sunt enim amplius duo, sed una caro. Quare par u-
xorem, soror ejus transiit ad consanguinitatem. Quem-
admodum enim uxoris matrem non accipiet, nec ejus
filiam, quoniam nec suam matrem, nec suam filiam, sic
nec sororem uxoris, quoniam nec suam sororem. Sunt
enim in utrisque communia cognationis jura: *tum*,
quod *d. l. Fratris 5. C. de incest nupt.* textum illum Levi-
tici, etiam ad eum casum, quo una soror defuncta est,
manifeste porrigat & extendat, dum ait: *duabus Sorori-*

bus conjungendi, penitus licentiam submo-
vemus, etiam dis-
soluto quocunq; modo conjugio. Et hæc vera est, sana & or-
thodoxa textus istius Levitici sententia, quam adductis
ferè fundamentis & rationibus, ita astruunt & confir-
mant Beza in tractat. de repud. & divor. mibi pag. 55.
cum 4. seqq. & Basilius in d. Epist. ad Diodorum, & Joachi-
mus à Beust. in tractat. de Matrimon. cap 51. Nec obstat
huic sententiæ, vulgata Judæorum. Illius textus interpre-
tatio & usurpatio, quod scil. unâ sorore defunctâ, alte-
ram rectè ducere liceat: quia falsa & Judaica est illa in-
terpretatio, & suprâ dictis rationibus Juris naturæ & po-
sitivi contraria, proindeque non admittenda. Et hanc
vulgatam Judæorum istius loci sententiam esse, confir-
mat ipse Rabbi Levi ben Gersomad d. c. 18. Levit. his
verbis: Certè post mortem uxoris, eò soror concessa
est marito: quia tunc uxoris ejus soror non est amplius.
Et Paulus Fagius in Pentateuchum ex scriptis Hebræo-
rum ad d. vers. 18. c. 18. Levit. Etsi in Lege Mosi (inquit)
Polygamia concessa fuit, tamen non licuit duabus si-
mul sororibus jungi & c. q. d. duas sorores simul non du-
cas in uxorem, uxor tamen tuâ mortuâ, sororem ejus
ducere poteris. Sed hæc, ut modò dixi, interpretatio,
per supra dicta fundamenta satis confunditur. Non ob-
stat etiam alia istius textus interpretatio ipsius Rabbi Sa-
lomonis, qui putavit Mosen illâ lege prohibere, ne quis,
unâ sorore superstite, & repudiatâ, alteram superindu-
cat, ne repudiatæ dolor hoc modo duplicetur. Quam
etiam ipse Rabbi Levi ben Gersom ad d. c. 18. Levit. con-
firmat, his verbis: si quis uxorem repudiaverit, non du-
cet ejus sororem quandiu illa vixerit. A quâ etiam sen-
tentiâ alienus non fuit Augustin. in Leviticum quæst. 61.
Siqui-

Siquidem nec ea, textui congrua videatur, cum in illa lege, nulla prorsus repudii mentio fiat. Non obstat etiam Calvinii sententia, qui existimat *d. vers. 18. d. c. 18. Levit.* ad incestuosas nuptias, ac præsertim ad Germanæ fororis matrimonium nihil spectare, cum de illis omnibus, & præsertim de fratris uxore, & uxoris sorore, satis superioribus legibus sit cautum: Sed de illa polygamie specie ibi agi, quæ sic utcunque toleretur ob populi istius duritiem, ut tamen prohibeatur quispiam viventi uxori superinducere sororem: Per sororem intelligendo ex more loquendi Hebræis familiari, ipsius consanguineam quam tamen alioquin eâ mortuâ, ducere fas esset, ne scilicet hoc modo, duplici animi ægritudine, prior uxor afficiatur, dum simul pellicem & æmulam, & consanguineam, secum ferre cogatur: siquidem ea nimis à textu remota, longiusque petita videatur. Et has solutiones, Beza & Beust, *in d.* modo locis non obscure innuunt. Confer. huc ea quæ fusius notavi infra *thes. 17. §.* *Et quamvis Doctores communiter existiment.*

XIII.

Tertium, ne Judæi inter Christianos, foenus & usuras immoderatas, aliosve fraudulentos, illicitos, & prohibitos contractus, quibus, pauperes Christianos, ob oculos nostros, miserè vexant & affligunt, imposterum exerceant, sed licito & honesto artificio victum quærant *a.*

a Quod ita laudabiliter decretum ab Innocentio III.

in concilio Lateranensi Ann. 1219. c. 67. c. post miserabilem 12. Sc. quanto 18. extr. de usur. Ordinatio Imperii, Augustæ promulgatâ, Ann. 1530. Sc. Ann. 1548. Sc. Ann. 1551. Jul. Clar. lib. 5. recept. sent. S. usura num. 7. Schurff. cons. 50. cent. 2. Petr. Gregor. in Syntagm. Jur. universi lib. 22. c. 3. num. 22. 23. Ubi id controvertitur, propter textum Deut. 23. vers. 19. Du solt an deinem Bruder nicht wuchern/ weder mit Gold noch mit Speise / noch mit allem / damit man wuchern kan. An dem Frembden magstu wuchern/ aber nicht an deinem Bruder / Sc. Idque sub poenâ exclusionis à communione fidelium, interdictione omnium mercimoniorum, amissione privilegiorum, & ablatorum competenti restitutione & satisfactione prohibetur, non obstantibus privilegiis contrariis, Judæis à principibus secularibus concessis, vel imposterum concedentis, Hiemit alle Freyheiten/ so gemeine Jüdenschafft dagegen hat / oder künstiglich erlangen wird / auffhebend und vernichtigend / juribus & auctoritatibus supra adductis. Et ut Judæi Christianorum consortio digni reputentur, non tantum ab usuris immoderatis, ut dictum, sed etiam ab omnibus illicitis, & prohibitis contractibus abstinere debent: qualis est, si usuras pecuniæ creditæ, tanquam sortem principalem in peculiaribus obligationibus & instrumentis conscribi & consignari curent, Dasi sie den Bucher vor das Hauptgelt in sonderliche Verschreibung setzen lassen / quod in ordinat. Imperii Augustæ publicatam An. 1551. S. wiewol auch / ut usura palliata, & in fraudem composita, expressè prohibetur. Ubi & illud interdicitur, ne Judæi fraudulentas illas obligationes, etiam Judicialiter quandoque obtentas, aliis Christianis vendant, obligatione in personam emptorum

rum concepta. Item illud prohibetur, ne Judæi ullam obligationem imposterum fieri curent alibi, quam coram ordinario Magistratu, sub quo Christianus degit, excepto tempore publicarum nundinarum, adeò ut si contrà fiat, talis obligatio irrita sit, invalida, & nullius momenti. Notariis, desuper instrumenta conficientibus, à cujusque loci Magistratu, arbitrariè, vel carcere, vel aliis modis, puniendis. Item illud prohibetur, ne Christiani, imposterum obligationes & actiones suas, adversus alios Christianos, Judæis cedant sub amissione actionum, Magistratibus & Notariis, desuper instrumenta conficientibus, dignitatibus & officiis suis privandis. Et quamvis Jure Saxonico, Judæi res furtivas, salvis nummis suis, emere, & pignori capere possint, præterquam in sacris & Ecclesiasticis rebus, ut ita Domini, res suas furto subtractas, ab iis, talibus assuetis, rectius recipere possunt, *Landrecht. lib. 3. artic. 7.* tamen id hodiè usu non observatur, ut Zobelius ibi in Glossa ultima latina testatur, utpote peccati illicitum & juri Canonico & civili contrarium: & in ordinat. Imperii, Augustæ publicatâ, Anno 1548. §. Item nach dem/expressè aliter sancitum: his verbis, *Es sollen sich auch die Juden der gestolen oder raublichen Haab und Güter zukauffen enthalten/oder so die hinder Ihnen befunden/ daß dieselbige den jeuigen/den sie zustendig/ und dasselbige darthun und beweisen würden/wieder ohn alle Entgeltnuß zugestellt und gefolgt werden.*

XIV.

Διατάγματα Specialialia, ad munera personalia, & patrimonialia, spectantia, hæc sunt: *Primum,*
ne

ne Judæi, ad ullos honores, dignitates, admini-
strationes, munera & officia publica, vel quasi
publica, admittantur, per quæ eis occasio detur,
poenam, damnum, vel præjudicium ullum, Chri-
stianis inferendi a.

a l. hac valiturâ 19. in princ. C. de Judæis & cœlic. c. pen-
ult. extr. eodem. c. nulla. dist. 54. & c. constituit caus. 17.
quest. 4. Quod & generali concilio Lateranensi, sub
Innocentio III. prohibitum fuit c. 69. c. cum sit 16. de Ju-
dæis. Hinc Judæi inter Christianos, quibus sunt infen-
sissimi, nec defensores sive curatores civitatis (Græce
ἐκδικοὶ πόλεως. πατέρες. καὶ ἀσυνόμοι) esse possunt d. l. hac
valiturâ 19. in princ. l. 3. C. de his qui sponte muner. obeunt,
& ibi Cujac. nec testes l. nullus C. de Judæis & cœlic. c. Judæi
s. licet, extr. eod. c. Judæi extr. de testib. c. si hæreticus c. non
potest, caus. 2. quest. 7. nec judices, arbitri, arbitratores,
assessores, consultatores & postulatores, l. nemo ult. C. de po-
stuland. l. si qua 15. C. de Judæis & cœlic. c. cum sit, dist. 5. c. ex
speciali c. consului, extr. eod. nec notarii, portorii, aut curso-
res, & pedelli, per notata in Clement. I. de Judæis: nec
tutores, aut curatores l. Spadonem. 15. §. jam autem 6. & ibi
Gothofred. Bartol. & alii. D. de excusat. tutor. Jas. in l. I. de
Just. & Jur. Panormit. in c. 1. & c. penult. extr. eodem Petr.
Gregor. in Syntagm. Jur. Universilib. 12. c. 4. num. 8. & 9.
nec Tabellarii, sive officiales portarum urbium, nec ex-
actores tributorum, nec venditores annonæ publicæ, per
notata Panormit. in d. c. penult. extr. eod. argum. c. omnes,
caus. 17. quest. 1.

XV.

Secundum, ut Iudæi munera civilia & patri-
monialia agnoscere & obire cogantur Pro-
indeque, ad tributi, anniversarii canonis *a*,
decimarum, & oblationum præstationem
& solutionem teneantur *b*, curiali fortunæ, &
muneribus subjiciantur. *c*. Ab hospitatura
tamen Synagogæ eorum liberæ sunt & im-
munes *d*.

a l. Iudæorum primates 17. C. de Iudæis &c.

b c. quanto amplius 18. §. final. extr. de usur

c Spadonem. 15. §. jam autem 6. D. de excusat. tutor.

l. Jusio 5. l. quicumq; 10. l. ult. C. de Iudæis.

d l. in Synagogam 4. C. de Iudæis.

XVI.

Διατάγματα specialia, ad Iudicia spectantia,
hæc sunt, *primum*, ut causæ Iudæorum, tam^w
Criminales, quàm Civiles, sive ipsi inter se,
sive cum Christianis litigent, sive conveniant,
sive conveniantur, coràm Magistratu loci or-
dinario, secundùm jus commune Romanorum,
quatenus in personâ eorum expressè quid hoc
jure determinatum est, disceptentur ac judicen-
tur *a*.

a l. Iudæi 8. C. de Iudæis. ubi ab Impp. Arcadio, & Ho-
norio

F

norio, Eutychiano cuidam, in hæc verba rescriptum est:
 Judæi, communi Romano jure viventes, in his cauffis,
 quæ tam ad superstitionem eorum, quàm ad forum, &
 leges ac jura pertinent, adeant solenni more judicia,
 omnesque Romanis legibus conferant & excipiant a-
 ctiones. *l. Spadonem 15. §. 6. D. de excusat. tutor. Schneid.*
in princ. num. 11. Instit. de hereditat. quæ ab intestat. dese-
runtur. Thomas Ferrat. caut. 24. num. 1. Duen. Reg. 59.
 ubi plures in hanc sententiam allegat, *Landrecht lib. 3.*
artic. 7. Et ibi Gloss. Germanica mihi num. 5. Et 6. Lehn-
recht c. 135. ubi ipsi inter se, coràm judicibus suis litigant.
 Atque ita hæc in parte Jus Saxonicum, Juri communi de-
 rogat, ut etiam notavit autor differentiarum *lib. 2. c. part.*
6. differ. 40. Possunt tamen Judæi ex pacto sive con-
 ventione communi, apud Judæos, in negotio civili &
 pecuniario, litigare, valetque sententia, tanquam legi-
 timi cognitoris, & arbitri dati, quam postea tamen Judex
 loci ordinarius executioni mandabit *d. l. Judæi 8. §. si quis*
verò.

XVII.

Quod si verò controversiæ quædam inter
 a Judæos oriantur, quæ Jure communi Roma-
 norum, in personâ eorum nominatim & ex-
 pressè definitæ non sunt: tunc demùm ex com-
 muni & receptâ interpretum sententiâ, ad jus
 Mosaicum, ejusque *דברתיון*, cabalisticas &
 Thalmudicas interpretationes Judæorum recur-
 rendum.

rendum, indeque causæ eorum definiendæ sunt
ac determinandæ a.

a *Thomas Ferrat. d. caut. 24. num. 1.* ubi communis
perhibetur. Deficiente enim hic Jure communi in per-
sonâ Judæorum, succedit jus Mosaicum, tanquam pro-
prium & peculiare Judæorum, quod derogat generali:
prout in simili dicimus de statutis, quæ derogant Juri
communi, in loco ubi vigent, *l. omnes populi, de Just. &
Jure, ubi Dd.* Et statuta mercatorum & negociatorum,
ut eorum propria & peculiaria inter ipsos sunt servanda
l. 2. in fin. C. de constit. pecun. ubi Dd. Hinc inter Judæos,
de successione hereditariâ ab intestato, controversia
orta, non secundum Jus Justinianeum novissimum,
quo, (sublata veteris Juris 12. tabul. & Prætorii, postea
supervenientis, distinctione, inter masculos & fœminas,
agnatos & cognatos) hereditas defuncti bonorum allo-
dialium, inter filios & filias, agnatos & cognatos, æquè
dividitur, *Novell. constit. 18. c. 4. & Novell. 1. 8. c. 4.* Sed
secundum jus Mosaicum, hereditas inter ipsos dividi-
tur, ita ut masculi fœminis præferantur, *Numeri c. 27.
vers. 8. 9. 10. & II.* Ubi in successione ab intestato, in
cernendâ hereditate defuncti, primum locum obtinent
filii, secundum filia, tertium fratres, quartum patru, *in
quintum cæteri cognati, secundum gradus prærogati-
vam.* Quæ Juris Mosaici succedendi ratio, quoad ma-
sculos & fœminas, ut & alios ordines descendentium,
ascendentium, & collateralium, cum jure communi, in
personâ Judæorum specificè & expressè correctâ & im-
mutata non sit, merito hic servanda. Quod enim non
reperitur immutatum, cur stare prohibeatur? Atque ita

in successione ab intestato, inter Judæos, non secundum Jus commune Romanorum, sed secundum Jus Mosaicum, judicandum & pronunciandum esse, attestantur Thomas Ferrat *d. caut. 24. n. 2. Schn. in princ. n. 9. 10. § 11. Instit. de heredit. quæ ab intestat. defer. Marant. de ordin. Judic. part. 3. num. 49.* & alii complures, in hanc sententiam, ab iis allegati. Similiter Judæi in foro Christianorum jurant, non secundum Jus commune, aut consuetudinem, apud Christianos receptam, quâ mares, erectis duobus digitis primis, foeminae verò, appositâ ad sinistrum pectus dextrâ, per Deum & sacra ejus Evangelia, juramenta præstant, ut Wesenbec. *in paratit. de jurejur.* plenè notavit: Sed per legem Moysis, & super decem præceptis, præmissis primùm quæstionibus nonnullis, ad quas, ubi ordine respondêrunt, manum dextram, usque ad juncturam, in librum, decem præcepta continentem, imponunt, & voces quasdam Decalogi, Hebraicè conceptas, recitant, certis quibusdam verbis ab alio prædictis. Quam formam, ex variis Juris Mosaicici locis compositam, Ordinatio Camerae Imperialis, *part. 1. tit. 80.* Judæis jurantibus præscripsit, in hunc modum: Adonay Creator coeli & terræ, & omnium, quæ in iis sunt, rerum mei etiam & reliquorum hominum adstantium, te invocoper Sacrosanctum nomen tuum, ut venias in testimonium veritati: & quoniam N. in jus me vocat, causâ hujus vel istius debiti, juves me, & veritatem confirmes, videlicet, quod nihil ei debeam, & quòd hoc verè absque ullo dolo & fraude asseram. Quod si etiam hoc quod assevero, verum non sit, sed sciens & volens falsum juravero, maledictus sim in æternum, perdatq; me ignis, qui Sodomam & Gomorram perdidit: & eveniant mihi male.

Formula
 juramenti
 Judæorū,
 in Imperio
 usitato.

maledictiones eæ omnes , quæ in Torah scriptæ sunt: &
 Deus ille verus , qui folia , gramina , & res omnes condi-
 dit , nullam unquam in actionibus & necessitatibus me-
 is , opem mihi ferat. Si verò hoc rectè assevera vero &
 non fefellerò , adjuvet me Adonai Deus verus , hoc est:
 Adonay ein Schöpffer der Himmel und des Erdreichs /
 und aller ding/ auch mein und der Menschen/ die hie stehend/
 Ich ruff dich an durch deinen heiligen Nahmen / auff diese
 Zeit/ zu der Wahrheit/ Als und der N. mir zugesprochen hat/
 um den oder den Handel / so bin ich ihme darum oder dar-
 an ganz nicht schuldig oder pflichtig / und hab auch in die-
 sem Handel/ keinerley Falschheit/ oder Unwarheit gebraucht/
 sondern wie es verlant hat / um Hauptsach/ Schuld oder
 sonst/ was die Sach ist / also ist es wahr ohn alles gefehrde /
 argelist und verborglichkeit / Also bitt ich mir Gott Adonay
 zuhelffen / und zu bestetigen diese Wahrheit: wo ich aber nicht
 recht oder wahr hab in dieser Sachen / sondern einige Un-
 warheit/ Falsch/ oder Betriegligkeit darin gebraucht / so sey
 ich Heram und verflucht ewiglich / wo ich auch nicht wahr
 und recht hab in dieser Sach / daß mich dann übergehe und
 verzehre / das Feuer / das Sodoma und Gomorra über-
 gieng/ und alle die Fluch die an der Torah geschrieben ste-
 hen/ und daß mir auch der wahre Gott / der Laub und Gras /
 und alle Ding geschaffen hat/ nimmermehr zu hülffe noch zu
 statten komme/ in einigen meinen Sachen und nöhten: Wo
 ich aber wahr und recht hab in dieser Sach/ also helff mir der
 wahre Gott Adonay. De jure vero Saxonico, hæc For-
 mula recepta est, quæ extat in fine Weichbild: Des mir
 N. schuld gibt / des bin ich unschuldig / des mir Gott helff /
 der Himmel und Erden/ Laub und Gras/ und alle Ding ge-
 schaffen hat / und ob ich unrecht schwer/ daß mich die Erd
 müsse

Formula
 juramenti
 Judæorum
 jure Saxo-
 nic. usita-
 ta.

müsse verschlingen / die Dathan und Abiram verschlang /
Und ob ich unrecht schwer / daß mich die Mase/sucht bestehe /
die Naaman verließ / und Jezian kam / Und ob ich unrecht
schwer / daß ich auß der Ehe vertilget werde / die Gott Mosi
gab durch die Zehen Gebot auff dem Berg Synay / Und
ob ich unrecht schwer / daß die Sünd über mich gehe / die
über falsche Schwerer außgesagt ist / in den fünf Büchern
Mosi / Und ob ich unrecht schwer / daß ich zum Stein wer=
den muß als Lottes Weib / die zu einer Salzseulen ward /
Und ob ich unrecht schwer / das mich die Blutsucht bestehe /
und nimmermehr verlasse / Und ob ich unrecht schwer / daß
ich nimmermehr müsse kommen in Abrahams Schoß / Und
ob ich unrecht schwer / das mich Gott ewiglich schende / und
zu dem Teuffel sende / mit Leib und Seel / heut und immer=
mehr / Amen. Et quod Judæi, non secundum jus Roma=
num, sed secundum morem suum & leges Mosaicas ju=
rent, confirmat *e. movet te, penult. causs. 22. quæst. 1.* Et
multis hanc sententiam astruunt, defendunt, explicant
& declarant Speculator in *tit. de Juram. calum. §. restat
videre 3. vers. sed pone Judæus num 17. Felinus in c. fin. in
fin. de Judæis. Panormit. in cap. 1. vers. qualiter, de Juram.
calum. Socynus cons. 66. volum. 1. Bartolus in l. Jusjurandum,
§. ait prætor, in fin. de jurejur. Joannes de Imola, & Cardina=
lis Alexandrinus quæst. 5. in Clementina 1. de testib. à Ma=
rantâ part. 3. n. 50. ad hoc allegati.* Sic etiam inter ipsos
Judæos, secundum legis Mosaicæ præscriptum, *Genes. 17.*
circumcisio toleratur & permittitur *l. circumcidere 11.
D. adl. Cornel. de sicar.* Cum nullibi jure Romano no=
visimo inter eos prohibita inveniatur. *Marantâ d. part.
3. num. 62.* Quod si verò nostræ fidei hominem eos cir=
cumcidisse, vel circumcidendum mandasse constiterit,
bono.

bonorum proſcriptione, & perpetuo exilio, ex conſtitu-
tione Honorii & Theodoſii, mulctantur *l. Judæi 16. C. de
Judæis l. 26. C. Theod. eod. Sc.* Et quamvis Dd. commu-
niter exiſtiment, etiam quoad matrimonii contractum
& diſtractum, Judæos, etiam in gradibus, Jure Cæſareo
& Pontificio prohibitis, Juri Moſaico relinquendos, nec
ſecundum Jus commune judicandos eſſe, ut multis a-
ſtruit *Maranta d. part. 3. num. 58. 59.* Id tamen ego minus
verum exiſtimo, ex fundamentis & rationibus ex *l. 7. C. de
Judæis, Sc. l. fratris 5. l. licet 8. l. ab inceſtis 9. C. de inceſt. nupt.
ſuprà theſi 2.* à me adductis, quas hîc repeti & ponderari
velim. Sic quamvis etiam Judæi, ritibus, ſacrificiis, fe-
ſtivitibus, ceremoniis & variis traditionibus & obſer-
vationibus ſuis, partim ex Cabaliſticis ſeu anagogicis,
partim ex Allegoricis quibusdam interpretationibus,
compoſitas, quas Miſne Torah, hoc eſt legem ſecunda-
riam vocant, relinquendi ſint, ex communi Dd. ſenten-
tiâ, ut Maranta ſimiliter oſtendit *d. part. 3. num. 62. 63. Sc.
60. 61.* tamen ex novellâ Conſtitutione Juſtiniani 146.
c. 1. Sc. eandem verò, quam nemo interpretum hîc inſpe-
xit, vel conſideravit, traditiones & obſervationes iſtæ,
in Imperio Romano prorsus abolentur, ut expreſſè ibi
eſt deciſum. Quam tamen uſu non obſervari videmus,
cum plerisque in locis, ubi Judæi tolerantur, hiſce riti-
bus ſuis relinquuntur, ſi privatim & ſine ſcandalo & con-
temptu religionis noſtræ peragantur. Quâ de re etiam
monui ſuprà Theſi 10 ut ibi videre licet. Et hoc, ut
opus Dei ſingulare, mirandum eſt in Judæis, quod uſque
ad hanc ætatem, intam gravi & diuturno exilio perſtant
& ſervantur, ſua (quantum poſſunt) retinent, & in divi-
nis libris ſeſe exercent. Siquidem nulla gens antiqua,
ſic

sic sua instituta unquam retinuit, ut à cunctis populis, civili victu & religione sejungeretur, & suam originem atque Historiam, certis consignatam literis, ostenderet, & sic ubique dispersa, à suis institutis non discederet. A Romanis victæ aliæ provinciæ, in leges & ritus eorum cesserunt, ita ut tandem Romani fierent, qui vincebantur. At Hebræi, quamvis à Romanis superati, nunquam tamen in iura, leges, & ritus eorum cesserunt, quin sua etiam instituta semper tenuerint atque servârint.

XIIX.

Si verò casus inter Judæos eveniant, qui nec Jure Romano, vel Mosaico, ejusque interpretationibus, in personâ eorum nominatim definiti sunt ac determinati: tunc ad Jus Romanum commune generale, recurrendum est, indeque causa judicanda ac decidenda *a*.

a Idque secundum vulgatam Interpretum Theoricam, quod casus, à statuto, lege municipali, locali vel speciali omissus, relinquatur dispositioni & interpretationi Juris communis & generalis, *l. commodissime, de liber. & posthum. hered. instit. l. si cum dotem, in princ. solut. matrim. quemad. dos petat.* Hinc cum de potestate patria in liberos quoad Judæos, nec Jure communi, nec Mosaico, certi quid definitum sit; hoc casu, Jus commune, in aliis, non Judæis statutum, etiam in Judæis sequimur. Quemadmodum igitur cives Romani, liberos suos in potestate habent ita etiam Judæos, eosdem in potestate suâ habere concludimus, ex sententiâ Glossæ *in c. Judæorum, caus. 28. quest. 1.* & *Calderici in cons. 3. incip. an*

cip. an filii Judæorum, sub Rubric. de Judæis & Cardinalis Alexandrini, in Clement. I. in fine, de Judæis, & Panormitani in c. 2. per illum textum, de convers. infidel. & Alexandri de Imolâ, in l. multum interest, de verbor. obligat. & in cons. 99. num 6. volum. 6. & cons. 13. num. 9. volum. 7. & Socyn. cons. 62. incip. consiliis nostris, volum. 1. Felin. in c. Judæi. l. 2. n. 8. de Judæis, & Parisii cons. 2. num. 4. volum. 4. & Hyppolit. Marsil. sing. 540. incip. hodiè n. 2. quos in hanc sententiam ita allegant Thomas Ferrarius d. caut. 24. num 3. & Ascan. Clement. in tractat. de patria potest. c. 6. effectu. 7. num. 6. Quibus in locis hæc sententia magis communis perhibetur: Quamvis summa Angelica, in vers. baptismus 6. & Archidiaconus, in c. qui sincerâ, dist. 45. & alii ab Ascario d. modo loco num. 3. 4. & 5. citati, in contrariâ sint sententiâ. Unde infert Bald. in l. item in potestate, de his qui sunt sui vel alien. Jur. sicuti filii familias civium Romanorum, testari non possunt l. filius familias, de Testament. Instit. quib. non est permiff. facer. testament. in princ. ita nec filios familias Judæorum, Et Alexan. cons. 71. incip. ponderatis verbis, volum. 3. hinc infert, quod ut filii Romanorum, sui sunt, parentibus suis: Sic etiam filii Judæorum sint sui, &c. Huic etiam consequens est, cum in Testamentis condendis, quoad Judæos, in Jure Romano & Mosaico, nihil speciale sancitum aut definitum est: Causas Judæorum Testamentarias, in materiâ, Christianis & Judæis proportionabili, secundum Jus Commune Romanorum, judicandas, definiendas, & determinandas esse: Ita decidit Paul. de Castro in cons. 395. incip. ad primum videtur, volum. 1. & Germinianus in c. 1. §. fin. in fine, de usur. in 6. unde si Judæus faciat testamentum, & relinquat uxorem suam dominam massariam, & usufructuariam omnium bonorum suorum: &

G

horum

horum verborum sensus, neque in Jure Mosaico, neque in Jure Romano inveniatur: eorum interpretatio, ex Bulgaro, Juris Romani, Glossatore veteri, *in l. Titia 34. §. Titia 7. de legat. 2. & in Authent. hoc locum C. si secundo nupser. mulier, cui maritus usumfr. relinquit*, etiam quoad Judæos rectè mutuari poterit. Ubi ipse, & post cum alii, ut Bart. Paul. de monte Pico, Cynus, Speculator, in *tit. qui filii sint legitimi*, & Capel. Tholos. *decis. 463.* illa verba ita interpretantur, ut si filii communis matrimonii, heredes instituti fuerint, uxor, per hæc verba, tantummodò consequatur alimenta. Sin verò extranei heredes fuerint instituti, quos in potestate, testator non habuit, uxor percipiat usumfructum omnium bonorum deductâ Falcidiâ, non etiam, ut consequatur proprietatem vel dominium omnium bonorum: siquidem testator, instituendo heredem alium, uxorem suam, dominium & proprietatem rerum & bonorum suorum omnium, habere noluerit cum unius inclusio, alterius sit exclusio. Nec obstat huic sententiæ & declarationi, verbum, (dominia) siquidem eo, non dominium, sed potius præ-eminentia quædam in domo, quam uxor ante mortem viri habebat, denotetur. Quod relictum, secundum varias & diversas interpretum sententias, multis explicat & declarat Petr. Peccius *de Testament. conjug. lib. 5. c. 4. 5. 6. 7. 8.* Et hoc exemplum de Legato uxoris, ad declarationem præsentis articuli, in personâ Judæorum, noviter adduxit Paul. de monte Pico, *in d. l. Titia 34. §. Titia 7. de legat. 2.* ut notavit Thomas Ferrat. *d. caut. 23. n. 2. in fin. juncto n. 3.* ubi ait, se id alibi in terminis ad Judæos se accommodatum, non legisse. Sed & multis aliis exemplis, in materia Christianis & Judæis proportionabili,

bili, & ubi nulla inter eos diversitatis ratio reddi potest, hic articulus declarari poterit. Quod cujuscunque privato studio relinquo.

XIX.

Διατάγμα ad habitum Judæorum spectans, illud est, ut utriusque sexus Judæi, notâ vel signo quopiam certo, à Christianis discernantur, ne quis cum eis, perinde atque cum Christianis, imprudens, vel contrahat, vel conversetur *a.*

a c. in nonnullis 15. in pr. extr. de Judæis, ex concilio Lateranensi generali c. 68. Sic meretrices, certo signo, vestitu, & habitu, ab honestis matronis distinguuntur l. 15. §. generaliter 27. Gl. vestem 39. de injur. unde Tertullianus in libr. de cultu fœminarum, meretricibus, turpibusque, & inhonestis mulieribus, stolarum usum interdictum fuisse scribit. Quâ de re pluribus videatur Briffon. Select. antiquit. lib. 1. c. 4. Signum igitur ostendit signatum, stigmata militem, habitus monachum & Clericum, purpura Regem, stola sacerdotem, Toga advocatum, bricus rusticum, Joseph. Mascard. in tract. de probat. conclus. 264. num. 6. volum. 1.

XX.

Si igitur Judæi, secundum prædicta legum & Canonum præscripta, καὶ διατάγματα, doctrinam & vitam suam per omnia composuerint & conformaverint, iisdemque reverenter & obedi-

obedienter se subjecerint, visitationem & inspectionem Magistratum & Episcoporum loci, ubi degunt, patienter admiserint: tutelam & protectionem Imperii Romani, ex causis ante adductis, merentur, & ipsi cum rebus, synagogis ac ritibus suis, ferendi sunt ac tolerandi. Quod si verò supradictis legum & Canonum præscriptis, καὶ διατάγμασι, contraverint, & obstinatè, & contumaciter se iis opposuerint, & adversus ea deliquerint: rectè ex Imperio Romano, & ditionibus suis, à Christianis Magistratibus, eliminari & exterminari, suis privilegiis & immunitatibus privari, & aliis legum & Canonum pœnis & censuris, subjugari licitè poterunt *a*

a Et hoc passim in Jure Romano, Cæsareo & Pontificio, sub titulis de Judæis, ita sancitum est. Et visitationem & inspectionem de doctrina, fide, vita, & moribus, ferre coguntur Judæi, si inter Christianos tolerari velint. Et Magistratus & Episcopi locorum, hic suum officium etiam diligenter exequi debent, ne eo neglecto, vel segniter administrato, contemptus Magistratum & Marrianismus inde subsequatur, ut expressè etiam sancitum est in Ordinat. Imperii, Augustæ promulgatâ Anno 1548. & eleganter hoc docet Petr. Martyr, in locis communibus *Tom. I. mihi pagin. 390. 391.*

XXI.Re-

XXI.

Rectè igitur, pie & laudatè, fecit Referen-
dissimus & Illustrissimus Princeps nostrer, Do-
minus Henricus Julius, Dominus noster Cle-
mentissimus, quòd Judæos variis fraudibus,
dolis, machinationibus & deceptionibus,
Christianis imponentes, & immoderatis usu-
ris, miseros subditos exfugentes, aliisque modis
adversus διατάγματα & statuta sua committen-
tes, ex ditionibus & territoriis suis ejecit, eli-
minavit, exterminavit, profligavit, & pro-
scripsit *a.*

a Hæc decisio confirmatur totâ ferè hâc disputatio-
ne nostrâ, & maximè per ea, quæ sub Thesi 13. notavi-
mus.

XXII.

Rectè etiam prudentissimus Senatus Hildes-
heimensis, Judæos, usurarum exactiones immo-
deratas, improbas, & illicitas, & incestuosis
conjunctionibus, blasphemis, Synagogarum ex-
structionibus illicitis & prohibitis, aliisque de-
lictis, inter Christianos minimè ferendis, accu-
mulantes (ut fertur) ex suis nuper finibus & ter-
ritoriis ejecit *a.*

a Confirmatur per ea, quæ passim hâc disputatione nostrâ deducta sunt.

XXIII.

Malè contrà faciunt Pontifices, & Principes illi, qui Judæos, impium, improbum, & immoderatum fœnus, in ditionibus suis exercentes, & subditos suos miserè vexantes, affligentes, deglubentes, exsugentes, non ferunt tantùm, sed etiam fovent, tuentur, iisque patrocinantur, vectigal & prædam ex illorum usurâ capientes *a*.

a Confirmatur per ea quæ notavimus suprâ Thesi 13.

COROLLARI LOCOSIT
QUÆSTIO ILLA.

An, quod Jure Justiniano sancitum est, Judæos in Imperio Romano degentes, circumcissioni Mosaicæ, suis sabbathis, ac ceremoniis, quatenus citra Christianæ religionis contemptum peragantur, relinquendos esse *a*: per Novellam Leonis 55. ut Judæi secundùm Christianismi ritus vivant *b*, sit abrogatum, nec ne? Negamus *c*.

a l. in

a l. infestivitatibus 2. l. Judæi 8. vers. in his Causis, quæ
tam ad superstitionem eorum. l. Judæos 11. l. die sabbathi
13. C. de Judæis & cœlic. l. circumcidere 11. in princ. D. id l.
Cornel. de Sicar.

b Verba novellæ Leonis, quia urgentissima viden-
tur ad totam hanc disputationem, nostram infringen-
dam, hinc subjungere operæ pretium visum fuit. Qui
olim sceptris potiti sunt, de Hebræorum gente (quæ quon-
dam, quoad divino patrocinio fovetur, inclyta fuit, nunc
autem ob contumaciam in Christum & Deum nostrum, in ca-
lunitatibus celebris est) diversas promulgârunt leges, quæ
de ipsorum vitæ statu tractantes, jubent: ut sacras ipsi scri-
pturas legant, & ne à suis ritibus arceantur, quin etiam, ut
liberos, supra sanguinis cognationem, circumcisionis etiam
cognitione, suo instituto accommodent. Atq; hæc quidem,
qui olim (ut dixi) imperium obtinuerunt. Verùm Sacra-
tissimus Princeps ille, ex cujus semine nos nati sumus, ut qui
majore quàm cæteri, salutis ipsorum desiderio teneretur, hos
in solâ superiorum legum observatione relinquere (quod ante
illum alii fecerant) non contentus: Sed partim sacrorum ora-
culorum explicatione, partim eorundem admonitionibus, ad
salutarem Christianorum cultum traducens, vivificâ bap-
tismi aquâ initiavit. Atq; quod ipsos in novum, secundum
Christum, hominem, transformari debere persuasit, ut ve-
terem deponerent, plenè effecit, & quæcunq; vetustatem sa-
perent, circumcisionem, Sabbathum, & si quid aliud est, cum
illo simul exuit. Atqui cum tanto cum effectu, à Judaicâ
pertinaciâ ipsos deduxisset, non etiam prioribus legibus, quæ
Judaico ritu vivere permittebant, silentium & vacationem
alterius decreto legis imposuit. Quod igitur Pater noster
prætermisit, id nos adimplendum putantes, omni antiquiori,
quæ

quæ de Hebræis statuit, legi, silentium injungimus: Sine illi
aliter, quàm pura salutarisq; Christianorum fides vult, vi-
vere audeant, jubemus. Quòd si quis à Christianorum ri-
tibus defectione factâ, ad Judæorum mores & placitæ reverti
deprehendatur, hic secundùm leges, de apostatis latis, pœnas
luat.

c. Quam assertionem nostram sub ipsâ disputatio-
ne, astruere & defendere conabitur.

Q474 2716
F I N I S.



1074
m.c.

B. N. II, 322
h. 64, 25.



EX
ET P
ET

Inu

HE

Typis C



909) 2.
ATA
UM
ring/
ESAREO
NCINNATA,
IA, AD DISPU-
E PRO-
m Juventutis
no edita
NIO IC^{TO},
SORE
&c.
II,
M MII, Acad. Typogr.
I.

II k
2716

